358.

DISQUISITIO

De

PROCURATORE SUBSTITUTO
Vom Affter-Anwald;

Quam

Auspicio SS. TRINITATIS,

Authoritate & Decreto

Amplissimi Jureconsultorum

Ordinis,

PRÆSIDE,

WOLFGANGO-ADAMO Lauterbach/


U. J. D. & h. t. Acad. Tubing. Rectore,

Pro honoribus & Privilegiis

DOCTORALIBUS

In utroque jure ritè consequendis,

Ad diem 3. Februarii
in Aula nova



Publicæ censuræ submittit

OTTO FRIDERICUS Schütz.

Typis JOH. ALEXANDRI CELLI,

ANNO M. DC. LIV.

PARENTI
SUO
CHARISSIMO.

Disquisitio
De Procuratore Subſtituto.

Caput I.
De
DEFINITIONE ET DIVISIONE.

§. 1.

DE vocabuli Procuratoris Etymologia & varia ejusdem ſignificatione vide *Weſemb. π ff. de Procur. n. 1. & Dn. H. Habn in not. ad d. l. Ilic. Vmm. diſp. ad proceſſ 3. theſ. 1. n. 1.* Hoc in loco ſumitur pro eo, qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrat, *l. 1. pr. ff. de Procur.*

§. 2.

Vocabulum *SUBSTITUTUS* derivatur à verbo *SUBSTITUERE*; quod Compoſitum ex præpoſitione ſub & verbo ſtatuere; & nihil aliud denotat, qvàm in alterius locum ponere, collocare ſ. ſurrogare. In jure de multis rebus prædicatur: e. g. de arboribus, vitibus, pecoribus, *in §. 39 l. de Rer. diviſ. l. 18. l. 69. ff. de Uſufr. l. 22. de Leg. 1. l. 45. §. pen. ff. de jur. fiſc.* de Judice & tutore *in l. pen. ff. jud. ſolv. l. 39. § 11. ff. de admin. tutor.* Item de legatariis, fideicommiſſariis, & mortis cauſa donatariis in *l. 50. pr. ff. de Leg. 2. l. 57. §. 1. ff. ad SC. Trebell.* Per excellentiam in jure noſtro & apud ejusdem interpretes ad heredes ſecundos, qui in primi deficientis locum ſurrogati ſunt, refertur, qui vocabulo Subſtituti ſimpliciter poſito regulariter denotantur. *t. t. ff. & C. de vulg. & pupill. ſubſtit.* De Procuratoribus quoqve prædicatur *in cap.*

 1. verſ.

1, verf. licet. & cap. 3. de Procur. in 6. Ord. Camer. part. 1. tit. 20. von *fubftituirten Procuratoren*; unde & Subftitutio Procuratorum; *Petr. Denaif. de jur. Cam. tit. 239.* claufula fubftituendi. *Ord. Camer, d. tit. 20.* In eo tamen differunt fubftituti heredes, & Procuratores Subftituti, quòd illi ab eo ipfo, qui primum inftituit heredem, hi verò non à primo conftituente, fed à conftituto fubftituantur. *dd. c. 1. & 3. de Procur. in 6. & d. t. 20. Ord. Cam.*

§. 3.

Procurator Subftitutus Germanis dicitur Affter-Anwald; *Jur. Provinc. Würtemb Part. 1. tit. 16.* §. Wer dann einen *Wilhelm. Anton. in append. ad tr. Andr. Kobl. de fubfeud. thef. 25.* à præpofitione Affter/ & nomine Anwald; quod notat Procuratorem primum five principalem; Affter-Anwald verò fecundum à primo Procuratore conftitutum. Præpofitio enim Affter/ cujus ufus apud multos Germanos freqvens eft, idem fignificat, quod Poft. Nach; ut Affter-Anwald perinde fit, quafi Nach-Anwald. Hinc etiam fubftituti Heredes vocantur Nach-Erben/ Affter-Erben. *Befold. in thefaur. pract. voce* Nach-Erbſatzung. Racematio die Nach-Lese im Herbſt / oder Weinbergen / Affter-Lese oder Affterbergen; fubfeudum, Affter-Lehen / *Webner. obferv. pract. voce* Affter-Lehen. *Rudinger. cent. 1. obf. 11. n. 1. Wilhelm. Anton. in addit. ad d. Tr. Andr. Kobl. de fubfeud. cap. 1. num. 30. & feqq.* Interdum hæc vox Affter illis apponitur rebus, quæ prioribus, quas feqvuntur, funt deteriores. e. g. Affter Getreidig / Affter-Bier / Affter-Mehl. Quandoque etiam in finiftram & malam partem fumitur; ut Affter-Reden / Affter-Redner / der feine Luſt hat an übeln Nach-Reden / qui Calumniator, diffamator, ac Inimicitiæ proxeneta dicitur. *vid. Wilhelm Anton. in d. Append. th. 25.* Procurator fubftitutus in Ordin Camer. *Part. 1. tit. 20.* vocatur etiam Nachgeſetzter oder fubftituirter Anwald.

§. 4. Omis-

366.

§. 4.

Omissis aliorum definitionibus, nos procuratorem substitutum describimus; quod sit Procurator per alium procuratorem in ejus locum constitutus.

§. 5.

Hic substitutus Procurator æque ac Principalis sive primus, ratione objecti dividitur in Judicialem, qui ad lites, & Extrajudicialem, qui ad Extrajudicialia constitutus est negotia. *l. 8. §. 3 ff. Mand. cap. 4. de procur. in 6to.* Item in Specialem & Universalem *l. 1. §. 1 ff. de Procur.* Specialis vocatur, qui ad unam vel certas aliqvas mandantis causas datus est. Universalis verò vel secundum quid & certo respectu talis est; e. g. qui ad universas mandantis actiones electus est; vel simpliciter & absolutè, cui nimirum omnium mandantis rerum ac bonorum procuratio & administratio commissa ac mandata est; de quo loquitur. *l. 12. ff. de pact l. 63. ff. de procur. l. 17. §. 3. de jurejur. l. 12. ff. de pign. act. l. 20 §. 1. ff. de Novat.* Quod autem quis ad universa bona à primo quoqve procuratore, cui hoc specialiter in mandato concessum sit, substitui possit, colligitur ex *c. 3. de Procur, in 6.*

§. 6.

Ratione finis, Judicialis subdividitur, quod vel ad agendum, vel ad defendendum substituatur; *arg. l. 8. pr ff. de procur.* & uterque vel in rem suam, vel alienam; Quippe si dominus actionis alicui ex causa ad dominium transferendum habili actionem mandaverit, ut mandatarius illâ in rem suam, h. e. in suam utilitatem, experiatur, & sic eum procuratorem in rem suam constituerit, quin ipse alium in rem suam substituere possit, nullus dubito, Duo enim, ut qvis procurator in rem suam constitutus dicatur, necessaria sunt; I. Cessio actionis sive mandatum *l. 8. §. fin. ff. Mandat. l. 24. pr. ff. de Minor. l. fin. C. qn. fisc. vel priv. deb. t.*

sui deb. l. 2. §. fin. ff. fam. ercisc. II. Titulus ad dominium transferendum habilis, ut scilicet quis actione cedat ex causa venditionis, donationis, legati, permutationis, in solutum dationis &c. *l. 9. C. de procur. l. 8. C. de hered. & act. vend. l. 2. C. de donat. l. 18. C. de leg. l. fin. C. Qu. fisc. debit. sui deb.* At utrumque facere potest procurator in rem suam. Nam actionem sibi cessam quod iterum ipse alteri cedere possit, probat textus in *l. 33. C. de donat. & cap. 1. vers. licet. de Procur. in 6.* Nec ipsi deest potestas actionem sibi cessam donandi, vendendi, in solutum dandi &c. Liberam enim de actione sibi cessa disponendi potestatem habet; de illa pacisci, transigere, compromittere ac juramentum deferre potest *l. 17. §. fin. ff. de jurejur. l. 13. §. 1. ff. de pact. Ludovic. Molin. de Justit. & Jur. tr. 2. disp. 557. n. 19.* & quoad effectum, ipse domini loco est; *d. l. 13. §. 1. ff. de pact.* & circa illam actionem eâdem quâ ipse dominus utitur potestate *l. 5. C. d. hered. & act. vend.* Nec tantùm procurator in rem suam, sed etiam procurator in rem alienam, alium in rem suam substituere poterit; si sc. expresse ipsi hæc potestas sit concessa. Sicut autem ad agendum, ita etiam ad defendendum procurator substitui potest in rem suam, i.e. ut in suam utilitatem (quamvis sœpe contra intentionem in suum damnum) defendat; e. g. si emptor in evictionis lite venditorem procuratorem constituerit, ut in *l. 66. §. 2. ff. de Evict.* quominus hic ipse suum authorem, a quo ipse rem accepit, in rem suam substituere possit, nihil impedit; sed potius ratio juris, ne lites multiplicentur, hoc svadet; modo adversarius non contradicat. *l. 29. ff. de Procurat. vid. Vmm. disp. 3. ad process. th. 6. n. 38. in fin.*

§. 7.

Communiter Doctores dividunt Procuratores in illos, qui cum libera, & qui sine libera, administrandi sc. potestate Con-

te Constituti sunt. Et qvamvis eandem, tanquam de Jure Civili incognitam, rejiciant post alios Cujac *ad l. 4. C. de R. C.* Mejer. *in Colleg. Argentor. tit. de procur. thes. 7. & seqq.* Georg. Franz. *in Comment. π. tit. Mandat. n. 63. & seqq.* ipsa tamen Jure Canonico approbata, per *c. 4. de procur. in 6.* in foro est recepta; nec minus in substitutis, quàm primis procuratoribus locum habet. Potest siquidem dominus procuratori suo concedere potestatem etiam cum libera substituendi, & hic vigore talis mandati, cum libera substituere.

CAPUT II.

DE MODO SUBSTITUENDI.

§. I.

Substituuntur procuratores mutua substituentis & substituendi voluntate. Sicuti enim constitutio Primi seu principalis; ita & secundi procuratoris substitutio fit per contractum mandati; *l. 8. §. 3 ff. Mand. arg. l. 8. C. de procur.* ad cujus perfectionem utriusq; consensus requiritur. *l. 1. t. t. ff. & C. Mand. l. 1. §. 3 ff. de pact.* Invitus itaq; non magis a procuratore substitui, quàm a domino dari potest. Hinc generaliter rescribunt Impp. Dioclet. & Maximian. in *l. 17. C. de procur.* *Invitus procurationem suscipere nemo cogitur.* Cujus contrarium tamen moribus nostris, in procuratoribus Judiciorum ordinariis, multis in locis, etiam in Camera Imperiali, observatur. *Ord. Camer. part. 1. tit. 19.* §. auff daß auch ibi: und welchem Advocaten oder Procuratorn also solche Sach befohlen werden / der soll schuldig und pflichtig seyn / bey der Poen Entsetzung seines Ampts / die ohne Widerred anzunehmen. *Nicol. Calvol. in comm. concl. aur. §. procurator. 7. concl. 3. n. 4.*

§. 2. Cum

§. 2.

Cum autem mandatum, quo procuratores substituuntur, sit contractus Consensualis, proinde ad ejus perfectionem præter consensum nihil requiritur; sed solo consensu perficitur. Nec quicquam refert, Consensus ille sive verbis, sive literis; per nuncium, an facto aliqvo, e. g. nutu declaretur *l. 1. §. 1. l. 43. pr. ff. de procur. Clem. 1. eod.* Est siquidem & nutus signum ad voluntatem declarandam sufficiens, *arg. l. 22. C. de fideicom. l. 52. §. fin. ff. de O. & A. l. 21. pr. ff. de Leg. 3. l. 18. ff. de Novat.* Quando verò Procurator, cui substituendi potestas competit, alium substituit, expressus domini negotiorum vel actionis consensus ut concurrat, necessarium non est. *arg. l. 8. §. 3. ff. Mand. l. 23. C. de Procur. c. 1. & 3. de procur. in 6.* Secundum Ordinationem Cameræ Imperialis, procurator ad litem etiam cum clausula substituendi constitutus, alium ad totam causam sine præscitu & consensu principalis sui substituere neqvit. *Ordin. Camer. part. 1. tit. 20. §.* Nach dem auch. *vid. & Ord. Deputat. Imp. de anno 1557. §.* und wann etwan zwo. Qvod ipsum tamen postea limitatum est in Recess. Imper. de Anno 1566. §. und wiewol den Procuratorn & seq. ubi procuratibus Cam. Imper. officio suo in totum renunciantibus, cum Consensu Judicis & duorum Assessorum vi clausulæ substituendi alium in suum locum deputare permittitur, hisce verbis: so setzen oder ordnen wir / daß in dem Fall / da die Procuratores gäntzlich von ihrem Procurator-Stand / im Käyserlichen Cammer-Gericht abstehen / so fern sie in ihren gewälten clausulam substituendi haben mit vorwissen des Cammer-Gerichts und zweyen Beysitzern / biß auff der Partheyen wolgefallen und Veränderung andere substituiren mögen. *Petr. Denais. de jure Camer. c. 239. §. 7*

§. 3.

Cæterum si qvis tanqvam procurator substitutus agere vel aliud aliqvid administrare velit, non sufficit prædictum substi-

ſubſtitutionis mandatum allegare; ſed neceſſe eſt, ut illud quoqve probetur; *c. 1. X. de Procur. Maſcard. de probat. concl. 1008. n. 1. & ſeqq.* niſi ſubſtitutio facta ſit apud acta illius Judicis, coram quo cauſa tractanda eſt, *Maſcard. d. concl. num. 69. & ſeqq.* vid. etiam *Ordin. Camer. p. 1. t. 20.* §. im Fall aber/ ibi: Welche ſubſtitution, wo die in der Cantzeley/oder ſonſt vor den Protonotariis geſchehen / Copey derſelben zu einer jeden Sachen gelegt / und alſo auch protocollirt werden ſoll. Probatur autem hoc ſubſtitutionis mandatum variis modis; de qvibus vid. Maſcard. *de probat. d. Concluſ. 1008. & ſeqq. Zanger. de Except. part. 2. cap. 8. n. 23. & ſeqq.* Frequenter, uti in aliis, ita in hoc quoque negotio facilioris probationis gratia mandatum procuratorium in ſcripturam redigitur *l. 4. ibi: fiunt enim de his ſcripturæ, ut qvod actum eſt, per eas facilius probari poterit. ff. de pignor. c. 1. X. de procur.* De requiſitis hujus ſcripturæ vid. Weſenb. *π. ff. de procur. n. 7. & ibi Bach. & Habn. Berlicb. part. 1. concl. 14. n. 17. & ſeqq. Carpz. part. 1. conſt. 1. def. 27. & 28. Jus Provinc. Würtemberg part. 1. tit. 16. §.* Da aber. Ex quibus ſi unum vel alterum deficiat, & Inſtrumentum procuratorium mutilum, mancum & inſufficiens ſit, aut alio modo mandatum, ſed non plenè, probatum fuerit; procurator quidem admittitur, ſed adverſario ante litem conteſtatam petente, de rato cavere tenetur *l. 40. §. 3. ff l. 1. C. de Procurat. vid. Nicol. Calvol. comm. concl. aur. §. procurator. 7. concl. 4. numer. 2. & ſeqq. ubi explicat qvando mandatum dicatur dubium. Berlicb. part. 1. concl. 14. n. 57.* & quidem jure civili fidejuſſoribus; *l. 21. C. de procur. junct. l. 1. pr. ff. Qui ſatisd. cog. Zanger. de Except. lib. 2. cap. 8. num. 30. Berl. d. concl. 14. num. 66.* moribus verò noſtris etiam pignoribus; *Jacob. Schultz. obſerv. for. 21. num. 13.* aut ſi immobilia poſſideat etiam nuda promiſſione. *Zanger. d. cap. 8. num. 41. & ſeqq. Berlicb. d. l. num. 67. & ſeqq.* Jus Würtembergicum

bergicum hujus cautionis ſpeciem judicis arbitrio relinqvit. Landr. *part. 1. tit. 16.* §. und ſoll in ſolchen Fällen. In hoc autem caſu, quo de ſubſtitutionis mandato dubitatur, ſubſtitutus, non dominum, ſed ſubſtituentem ratum habiturum cavet. Cujuscunque enim ratihabitio neceſſaria non eſt, de illius ratihabitione fruſtra cautio exigitur: At domini, qui legitimo modo procuratorem conſtituit, & de cujus mandato etiam ſatis conſtat, ratihabitio neceſſaria non eſt *l. 6. pr. ff. de cond. indeb. l. 87. ff. de ſolut.* nec ipſe ea, quæ à procuratore vel ejus ſubſtituto in cauſa mandata geſta ſunt, impugnare poteſt: Quapropter ſufficiet, ſi procurator ea, quæ facta ſunt à ſubſtituto, de cujus mandato dubitatur, rata habuerit, deqve ejus ratihabitione ſubſtitutus caverit. Præterea, de illius ratihabitione cavendum eſt, de cujus voluntate & mandato adhuc dubitatur. In noſtro autem caſu, non de ipſius domini, ſed de procuratoris ſubſtituentis mandato dubium eſt. E. ipſum rem ratam habiturum cavendum eſt. *Berlich. d. concl. 14. n. 62. per l. 2. §. 1. ff. de curat. bonor. Jacob. Schultz obſ. 21. num. 24. & 25.* ubi tamen hoc ipſum limitant, ſi procurator alium ſubſtituerit ante litem conteſtatam ex poteſtate ſubſtituendi ipſi expreſsè à domino conceſſa. In Camera Imperiali hæc cautio, quæ in caſu mandati dubii à procuratore præſtatur, tantùm usque ad litis conteſtationem admittitur; quoad litem verò conteſtandam & reliqvum judicii curſum, niſi pleno mandato inſtructi non audiuntur. *Ordin. Camer. part. 1. tit. 21. §. 2. & 3. Jacob. Schultz d. obſerv. 21. num. 23.* Etſi verò Mandatum utriusque & ſubſtituentis & ſubſtituendi voluntate contrahatur; ad hoc tamen ut ſubſtitutus admittatur, ſufficit, ſi conſtituentis voluntas probetur: de ſubſtituti enim conſenſu eo ipſo ſatis conſtat, dùm negotia mandata adminiſtrare poſtulat.

§. 4. Quo-

§. 4.

Quoad procuratorem primum & principalem, mandatum interdum ex conjunctione præsumitur: *l. 35. pr. ff. de procur. l. 12. l. 21. C. eod.* Hinc quæritur, an etiam substitutionis mandatum ex eadem causa præsumatur? & an conjunctæ personæ, e. g. pater, filius, frater, maritus &c. ex præsumpto mandato etiam tanqvam substituti procuratores aliquid agere possint? In resolutione hujus quæstionis distinguendum est inter conjunctas personas ipsius domini principalis, qui primum procuratorem constituit, & procuratoris ab ipso constituti. Illi, ipsius sc. domini conjuncti tanqvam substituti procuratores admittendi non sunt. Cedit enim præsumptio veritati. Et quandocunque constat de contraria domini voluntate, conjuncti ex præsumpto mandato agere nequeunt. *l. 40. §. fin. ff. de procur.* Eo ipso autem dum dominus alium constituit procuratorem, satis ostendit, quod noluerit sua negotia per conjunctos administrari. Quoad procuratoris conjunctos, iterum distinguendum esse puto, inter procuratorem in rem suam, & in rem alienam. Conjuncti Procuratoris in rem suam, cum cautione de rato, tanquam substituti ex dicto præsumpto mandato admittendi videntur. Hic enim quoad effectum non differt à domino; unde etiam effectu inspecto causa ejus propria dicitur, *l. 25. ff. de procur. l. 9. C. eod. l. 13. §. 1. ff. de pact.* Ipsius itaque conjuncti in hac non minus, quàm in aliis propriis illius causis, hoc præsumptum mandatum allegare & ad illud cautione de rato confirmare poterunt. Verum de conjunctis procuratoris in rem alienam, aliud dicendum est. Hic enim mandatum alienæ causæ ob nullam aliam rationem suscepit, quàm ut ipse eandem administret. Cum itaq; ex dicta mandati acceptatione evidenter constet, quod ipse causam agere voluerit, proinde meritò rejicitur

 præsum-

præsumptum substituendi mandatum à procuratoris conjunctis allegatum, & nisi aliunde substituendi voluntas, quæ facti est, probetur, huic procuratoris primi, quòd nimirum ipse rem gerere voluerit, statur voluntati.

§. 5.

Enimverò, si substituendi mandatum planè non fuerit probatum, nemo tanquam substitutus procurator, nec cum cautione de rato admittitur. *arg. l. 1. C. de procur. l. 40. §. fin. ff. eod. Jacob. Schultz obs. forens. 21. num. 1.* sed in judiciis etiam post litis contestationem exceptione falsi procuratoris oppositâ repellitur. *l. 24. C. de procur.* Licet enim in principio quæstionis persona debeat inqviri procuratoris, an ad agendum negotium, mandatum à litis domino habeat, *d. l. 24.* & exceptiones procuratoriæ tanquam dilatoriæ regulariter ante litem contestatam opponendæ sint: *l. 40. §. 3. ff. de procur. l. 13. C. eod. Wesenb. π. ff. d. t. n. ii. Zang. de Except. lib. 2. c. 8. num. 20.* hæc tamen exceptio falsi procuratoris, sive deficientis ad agendum mandati, in omni parte judicii opponi potest. *d. l. 24. Berlicb. part. 1. concl. 44. num. 10. Harpr. part. 2. Disp 22. th. 7.* etiam post sententiam, in ipsa executione. *Vincent. Carocc. de remed. contra præjudic. sentent. except. 88. num. 1. Berl d. l. num. 12.* Quia omnia à falso procuratore gesta ipso jure nulla sunt. *d. l. 24.* Unde etiam judex ex officio, adversario non petente, falsum procuratorem repellere potest, & tenetur. *Berlicb. d. concl. num. 16. & seq. Bened. Carp. Jurisp. forens. part. 1. const. 1. def. 26. Zanger. d. cap. 8. num. 36. Ordin. Camer. part. 1. tit. 20. in fin. ibi* und soll hinfüro kein procurator von deß andern wegen sub spe ratificationis zuhandlen zugelaßen werden. Adeò ut procuratores ordinarii, qui sine mandato egerunt, in Camera etiam arbitrariè puniantur. *Visitat.* Abschied *de anno 1560.* §. als denn auch *proc. mem. 75. § 3.* und nach dem. *Form. sentent.*

tent. und ferner in der Gemein: daß sich procuratores in allen Sachen / hirfüro ohne Gewalt / bey Vermeidung der Poen/in der Ordnung begriffen/einzulaßen enthalten sollen. *Barth. part. 1. Anno 1523. pag. 632. C. & Anno 1528. pag. 987. F.* und ist darneben gegen *D. C. M.* und *D. H.* umb daß sie sich in der Sachen ohne Gewalt bißhero eingelaßen und gehandelt haben / die Straffe vorbehalten. In Electoratu Saxon. Procuratores prædictam ob causam prima vice mulcta 5. secunda 10. thalerorum & sic deinceps puniuntur. *Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 7.* §. und der *Advocat* Anfangs. Neque dictis obstat, quod quis aliena extrajudicialia negotia administrare & Reum in judicio defendere possit, etiam sine mandato. Etenim nos hic agimus de substitutis procuratoribus, qui sine mandato existere nequeunt. Illi verò, qui sine mandato vel reum defendunt, vel extrajudicialia negotia administrant, non sunt procuratores, sed defensores & negotiorum gestores, cum quibus nobis hac vice nullum est negotium.

CAPUT III.

DE PERSONIS SUBSTITUENTIBUS ET SUBSTITUENDIS.

§. 1.

IN præcedenti capite dictum est, quod procuratores substituantur, mutua & substituentis & substituendi voluntate. Verùm ut hæc voluntas sit efficax, requiritur ut personæ quoque habiles sint, & substituendi ac substitutionem recipiendi potestatem habeant; de quo in hoc capite tertio agemus. Et quidem primò de personis Constituentibus, de quibus hæc formari potest regula: Substituere possunt procuratores, quibus hoc ipsum vel a dominis, vel à lege est concessum.

§. 2.

Ex dicta regula apparet 1. Procuratores tantum, alios procuratores substituere posse. Licet enim ipse quoque actionis vel negotii dominus, in locum deficientis alium deputare possit: ille ipse tamen à domino immediatè constitutus, in jure & apud ejusdem interpretes, non vocatur substitutus procurator, ein Affter- oder nachgesetzter Anwald; sed illi tantùm, qui à primis procuratoribus dati sunt, hac appellatione veniunt, & propriè substituti procuratores Affter-Anwald dicuntur. *c. 1. c. 3. c. 6. vers. dùm tamen. de procur. in 6to. Ordin. Camer. p. 1. tit. 20.* perinde ac subfeudum Affter-Lehen / quod vasallus concessit alteri. *Guilhelm. Anton. in add. Andr. Kobl. de subfeud. cap. 1. num. 32. ibi,* dann das heissen Affter-Lehen / wann ein Lehen-Mann sein Lehen wieder zu Lehen gibt / *vid. §. 3. in fin. cap. 1.* Si igitur dominus per nuntium procuratorum dederit, ille ipse non substitutus procurator Affter-Anwald dicendus erit; sed primus est procurator, ein Anwald. Ipse enim dominus immediatè illum constituit, non verò nuncius, qui domini constitutionem nunciat, & nudum tantummodo ministerium præstat. *l. 1. §. 1. ff. de procur. l. 15. ff. de constit. pecun.* Sic etiam plane extraneus potest alteri alterius negotia administranda mandare *§. 3. l. Mandat. l. 2. §. 2. l. 6. §. 4. ff. eod. l. 28. ff. de Neg. gest.* & defensor rei interdum procuratorem constituere. Verùm ab his quoque constituti, propriè substituti, Nachgesetzte oder Affter-Anwäld non dicuntur: substitutus enim est secundus procurator, qui primum præsupponit, à quo substituatur. Idem dicendum est de eo, qui ab actore tutoris vel curatoris, certis in casibus datus est. Nos enim hic tantùm agimus de illis, qui à procuratoribus dati & substituti sunt.

§. 3. Ut

§. 3.

Ut itaque quis procuratorem substituere possit, primo omnium requiritur, ut ipse sit procurator legitimè constitutus, *c. 1. c. 3. de Procurat.* Hinc si falsus procurator, qui nullum habet mandatum, alium, etiam post litem contestatam substituerit, & substitutio, & omnia à substituto gesta, ipso jure nulla sunt; *arg. l. 24. C. de procur.* ipseq; substitutus æquè ac substituens, tanqvam falsus procurator, etiam officio judicis, à judicio repelli potest, *per ea qvæ in praeced. cap. 2. §. 5. dicta sunt.* Proinde ad legitimandam substituti personam, non sufficit, docere mandatum substitutionis; sed insuper, ut ipse probet constituentis sui legitimationem, ipsum nimirum fuisse procuratorem legitimè constitutum, necesse est. *arg. eorum quæ tradit Gail. 2. observ. 107. num. 1. Carpzov. lib. 3 Respons. 9. num. 8.*

Ex dictis etiam constat, quid dicendum sit, si inhabilis cum clausula substituendi à domino constitutus, alium substituerit. Etenim cum & hîc deficiat procurator legitimè constitutus; & constitutio inhabilis ipso jure nulla sit, adeò ut ipsum judex etiam ex officio rejicere possit: *Rutger. Ruland. de commiss. part. 1, lib. 4. cap. 13. num. 15.* eapropter nec ejus substitutio valere poterit. Nam procuratorem substituere nihil aliud est, quam potestatem administrandi ab ipso domino procuratori concessam ab eodem in alium transferre, cum itaque inhabilis à domino datus nullam habeat administrandi potestatem; sequitur quòd illam nec in alium transferre possit, *arg. l. 54. ff. d. R. I.* Hinc Pontifex, *in clem. religiosus 3. de Procurat. religiosus procurator.* inquit, *sicuti non potest sine sui superioris licentia procuratoris officium suscipere nisi pro suo (monasterio sc.) in eadem lite consorte: ita non potest alium procuratorem constituere s. substituere, etiamsi per constituentem hoc sibi expressè fuerit commissum,* Quo

etiam

etiam facit *c. 5. de offic. & poteſt. jud. deleg. in 6to gl. ad d. clem. 3. verb. commiſſum. Nicol. Vigel. in method. Juris Pontif. lib. 2. cap. 4. Except. 7. duplic. 3. Joh. Honor. Compend. Jur. Canon. lib. 1. tit. 38. num 31. Salicet. ad l. 8. C. de procur. num. 10.* ubi dictam ſententiam ad illos, qui ipſo jure procuratores eſſe nequeunt, reſtringunt; & de illis, qui ope exceptionis tantùm repelluntur, aliud admittunt, *arg. d. cap. Judex 5. de offic. & poteſt. jud. deleg. in 6to.* Perſonas conjunctas, quæ conjunctorum lites ſine expreſſo mandato perſeqvuntur, hîc non excludimus: ſunt enim & hi procuratores non impropriè dicti. *Vmm. diſp. 3. ad proceſſ. theſ. 1. num. 2.* Mandatum ſiquidem ex conjunctione præſumitur. *Cujac. 7. obſerv. 26. Anton. Faber. in Ration. ad l. 1. ff. de procur. H. Hahn. in not. ad Weſenb. π. tit. de procur. num. 7. verb. præſumptiè ne*, & ipſi quoque poſt litem conteſtatam domini litis efficiuntur. *arg. l. 23. C. de procur.* & perconſequens alium poſt litem conteſtatam (antea enim non) ſubſtituere poſſunt. *Vmm. d. diſp. 3. theſ. 3. num. 11.* Syndicus, quamvis in nonnullis à procuratore differat; quia tamen ipſe procuratoris vice fungitur, *l. 6. §. 3. ff. quod cujusque univ. nomine* & in Jure Canonico paſſim procurator dicitur, *c. 9. X. de procur. Joh. Emer à Rosbach. d. differ. Jur. Civ. & Canon. lib. 3. t. 6. num. 7.* & in rei veritate nihil eſt aliud quàm judicialis univerſitatis procurator, quapropter & ipſum procuratoris vocabulo hîc comprehendimus, & perſonis ſubſtituentibus annumeramus.

§. 4.

Secundò ex prædicta regula apparet, non omnes procuratores alios ſubſtituere poſſe: ſed illos tantùm, quibus hæc ſubſtituendi poteſtas vel expreſſa conſtituentis voluntate, vel legis diſpoſitione conceſſa eſt. Ex voluntate domini hanc poteſtatem habent omnes, quibus illam ipſe permiſit.

misit. Nec quicquam refert, ad judicia sive ad negotia; universales s. speciales; in rem suam, aut alienam; ad agendum vel defendendum; ante, vel post litem contestatam procuratores constituti fuerint, *c. 1. & c. 3. de procur. in 6to.* Potest enim dominus qvocunque tempore Procuratoribus suis hanc substituendi potestatem concedere; etiam certa substituenda persona non expressa *d. c. 1. vers. licet in fin. de procurat. in 6to. Matth. Berlich. part. 2. dec. 274. num. 1. & 2.* Unde hodie plerumqve mandatis procuratoriis inseri solet hæc clausula, auch einen oder mehr Affter-Anwäldе an seine statt zusetzen / diesen Gewalt gar oder zum Theil auff den oder dieselben zuwenden. *vid. Jus Provinc. Würtemb. part. 1. tit. 16. pag. 92. in fin.* Sed quid si dominus hanc clausulam non adjecisset, in instrumento tamen procuratorio substituti mentionem fecisset, e. g. si pro procuratore & ejus substituto cautionem præstiterit, illos ab omni cautionis onere liberaverit, aut si dixerit, und ob Er mein Anwald oder auch seine substituirte mehr Gewalt rc. an vi hujus clausulæ dominus substituendi potestatem dedisse videatur? Rectè hoc negat Nicol. Calval. *in comm. concl. §. procurator. 7. concl. 10. num. 13.* Stephan. Gratian. *Tom. 2. discept. forens. cap. 201. num. 89.* Matth. Berlich. *p. 2. dec. 274. num. 7.* In hac enim & similibus clausulis, dominus substitutum procuratorem præsupponit, & qvoad potestatem substituendi nihil disponit. Verba autem qvæ supponunt aliud, nihil disponunt super eo, qvod supponunt. *Gratian. d. cap. 201. num. 90.* cùm itaqve dominus in hoc instrumento non definiat, an & qvando procurator substitutum dare possit, ad casus, in quibus ex lege potestas substituendi procuratoribus competit, respexisse censetur. Potest autem dominus procuratori suo concedere potestatem substituendi alium procuratorem non tantùm in rem alienam, sed etiam in rem suam *arg. §. 43. l. de*

R. D. Quid verò, si procurator duo haberet mandata, qvorum uni clausula substituendi est adjecta, alteri verò non, & ipse in substitutione produxerit & se retulerit ad mandatum cui clausula substituendi non est adjecta, qværitur, an vi alterius mandati subsistat substitutio? Neg. Non enim valere potest actus ex potestate, qvâ qvis usus non est. *arg. l. 6. §. 4. ff. de adquir. hered. l. 10. §. 1. ff. de curat. furios. Vinc. Honded. vol. 1. consult. 55. num. 80.* & ita in Rota Roman. decisum esse, refert Joh. Mohedan. *decis. Rot. Rom. de procur. 7. alias 204.* In Camera Imperiali etsi clausula substituendi mandato procuratorio inserta sit, procuratores tamen substituendo totam causam in alium sine domini consensu transferre neqveunt. *Ordin. Camer. part. 1. tit. 20. pr.* Et in specie de Judæis scribit Mynsing. *2. obs. 13.* ipsos à Christianis procuratores cum clausula substituendi constitutos, alios substituere haud posse.

§. 5.

Veniamus ad illos, qvi ex Legis Dispositione hanc potestatem habent. Hic autem distingvunt jura nostra inter Procuratorem ad negotia, & Procuratorem ad judicia. Illi regulariter alium substituendi potestatem concedunt, *l. 8. §. 3. ff. Mand.* ita ut liberè quandocunqve alium ad administrandum substituere possit. *c. 1. vers. procurator verò. c. de fin. de procur. in sexto Vigel. in M. I. P. lib. 2. c. 4. except. 7.* Qvam tamen regulam Doctores limittant: I. Si dominus substitutionem prohibuerit. *Layman in Theol. moral. lib. 3. tit. 4. cap. 26. n. 3. Salicet in l. 8. C. de procur. n. 3.* II. Si singularis procuratoris industria electa fuerit, & de hoc vel ex verborum conceptione, vel negotii commissi natura constet *arg. l un. §. 9. vers. Sin. verò. C. de caduc. toll. l. 31. ff. de solut. cap. 15. cui 12. de offic. & potest. jud. deleg. in 6to. Joh. Vinc. Honded. L. 1. Consult. 55. n. 79. & 8. Menoch. 2. de Pres. 38. n. 2.*

vid. Sa-

vid. Salicet. ad d. l. 8. n. 3. Hinc si procurator ad arduum aliqvod negotium & rem magni momenti constitutus fuerit: cum & tunc ipsius personæ fides & industria electa videatur, alium substituere neqvit. *Laymann. d. l. Petr. Gregor. Tholosan. in syntagm. Jur. Univ. Lib. 49. cap. 4. n. 6.* Exemplum habemus *in cap. ult. de procur. in 6to.* ubi procuratorem ad matrimonium nomine mandantis contrahendum constitutum, nisi hoc eidem specialiter commissum sit, alium deputare posse, negatur; addita hac ratione: propter magnum qvod ex facto tam arduo posset periculum imminere. *Cujac. in lib. 3. Paul. ad edict.* Ad talia ardua negotia Dd. etiam referunt alienationes; unde procuratorem ad alienandum datum substituere non posse, statuunt. *Cujac. d. l. per. l. pen. §. 2. ff. de divers. tempor. præscr.* quam quidem aliter explicat *Salicet. ad. d. l. 8. C. de procur. n. 3.*

§. 6.

Quoad procuratorem ad litem; iterum distinguendum, in suam, an in rem alienam datus sit. Ille, in rem suam ab actore vel à reo *Honor. in Compend. in Canon. lib. 1. cap. 38. num. 31.* factus, & ante, & post litem contestatam, tàm in suam, qvàm in alienam rem deputare potest; *l. 33. C. de donat. cap. 1. vers. licet de procur. in 6to. Gail. 1. Obs. 74. n. 11. Hartm. tit. 7. obs. 7. n. 2.* etiam coram Commissariis, *Rutger. Ruland. de Commiss. p. 1. Lib. 4. c. 13. n. 16.* Quamvis enim procurator in rem s. utilitatem suam *l. 4. C. de procur.* ratione objecti verus sit procurator, qui suam intentionem in jure mandantis fundat: *l. 9. C. d. t. l. fi. C. qn. fisc. vel priv. debit.* quia tamen concludit in rem suam, quoad effectum domini loco habetur, *l. 13. §. 1. ff. de pact.* & lis ejus propria, *L. 25. ff. de procur.* ipseque rem suam gerere dicitur. *l. 9. C. eod.* Unde libere quoque de lite illa disponere, & quocunqve tempore, etiam ante litem contestatam, æqve

ac ipse dominus litis, procuratorem alium dare potest. *add. ll. Canis. Comm. ad Lib. 1. Decretal. tit. 38. in præfat. n. 3.* Bachovius *in not. ad Treutl. vol. 1. disp. 9. thes. 3. lit. a. vers. nisi in rem suam datus.* quoad hunc procuratorem ex ratione juris distinguendum esse putat: An actiones utiles proprio, an verò directas cedentis vel mandantis nomine movere & exercere velit? Enimverò textus juris tam civilis qvam Canonici non tantùm indistinctè loqvuntur, sed etiam in *l. 33. C. de donat.* expresse dicitur; qvod procurator in rem suam alium ad movendas actiones cessas dare possit. Verba *d. l. 33.* hæc sunt: *Quod & in procuratore constituendo ad movendas easdem* NB. cessas actiones, *similiter observandum erit, ut minimè quis impediatur procuratorem* cessarum *sibi super donatione actionum dare, licet nulla litis contestatio facta vel petita sit.* Non utiles verò, sed directæ actiones à domino cessæ sunt, *l. 18. C. de Legat.* unde etiam actiones cessæ sive mandatæ opponuntur utilibus, *in l. 5. C. de hered. & act. vendit. d. l. 18. C. de Legat.* qvæ non per cessionem conceduntur; sed à lege etiam ante cessionem, actionum emptori, legatario & similibus dantur, *d. l. 18. l. f. C. qvand. fisc. vel priv. deb. sui debit. l. 5. l. 7. C. de hered. & act. vend. l. 16. pr. ibi: nam ex qvo rescriptum est à divo Pio utiles actiones emptori hereditatis dandas. ff. de pact. l. 1. §. 13. ff. de tut. & rat. distr.* & ab ipsis proprio nomine excercentur, *dd. ll. l. 55. ff. de procur.* Hinc si procurator in rem suam quoad utiles actiones movendas procuratorem daret, non substitueret & sustitutum procuratorem Affter-Anwald / sed primum & principalem procuratorem daret. Suo enim nomine hoc facit, & proprias mandat actiones, qvarum respectu non dicitur procurator. Diversa autem sunt, suo & procuratorio nomine aliqvid agere. *l. fin. C. qvand. fisc. vel privat.* Rectissimè itaqve dicitur, qvod procurator in rem suam

quoad

quoad directas actiones alium substituere possit: qvod ipse etiam Bach. *in Com. ff. tit. de procur. cap. 2. n. 1.* agnoscit, sed cum hoc Justiniani & Triboniani elogio; ipsos nimirum distinctionem inter directas & utiles actiones Procuratori in rem suam competentes aut non curasse, aut non intellexisse; quod posterius, ipsos sc. distinctionem illam tam multis in locis ab ipsis repetitam ignorasse, uti nec credendum, ita asserere inhumanum est: sed potius dicendum, hoc ideò à Justiniano ita constitutum esse, qvia procurator in rem suam non tantum quoad potestatem administrandi, domini vices sustinet, sed etiam quoad effectum est loco domini. *per ll. sup. add.* In Judæis hoc speciale est, qvod ipsi Christianos procuratores in rem suam constituere prohibentur. R. Abschied zu Augspurg de anno 1551. §. Diesem zu begegnen / vers. Es soll auch kein Christ hinfüro einem Juden sein action und Forderung gegen einem andern Christen abkauffen / oder ein Jud als Schuldglaubiger einem andern Christen solche action und Forderung in einigem Weg cediren / oder einige contracts weiß zustellen / bey Verlust derselben Forderung.

§. 7.

Si verò in litem alienam datus sit procurator, & qvidem ab actore ad agendum, tum iterum distinguendum est, an ipse litem contestatus sit, an verò non. Posteriori in casu, Procuratori ex legis dispositione non competit potestas alium substituendi: *l. 8. C de proc. l. 8. §. 3. ff. Mand. cap. 1. vers. licet. de procur. in 6to.* etsi legitimatio personarum facta sit. *Nic. Calv. in Com. Concl. §. procurator. 7. Concl. 8. n. 2.* Nec interest, Procurator ante vel post litem contestatam datus sit. Si enim ipse litem non contestatus & per litis contestationem à se factam litis dominus effectus est, nulla lex in jure civili reperitur, qvæ ipsi potestatem substituendi concedat. Hinc Imperator Alexander *in l. 11. C. de procur.*

Ipsi etiam tutores, inqvit, *& curatores post litis contestationem NB. à se factam ad exemplum procuratorum qui litem contestati sunt, dare procuratores non probibentur.* *Et ICtus Macer in l. 4. §. fin. ff. de apell. sed meminisse oportet, qvòd procurator lite contestata dominus litis efficitur, & ideo per procuratorem appellare potest.* Ex qvibus apparet, leges nostras illis tantum hanc potestatem concessisse, qui ipsi litem contestati, & per litis contestationem domini facti sunt. Si itaq; dominus post litis contestationem à se factam, procuratorem dederit, cum ipse procurator nec litem contestatus, nec inde litis dominus factus sit; sua sponte seqvitur, illum regulariter substituere haud posse. Postulatum enim est, quod asseritur à dissentientibus *Nicol. Calvol. in Commun. conclus. §. 7. Concl. 8. n. 3. & Concl. 10. n. 4. Salicet. ad l. 20. C. de procur. n. ult. Sicbard. Ibid. n. 3.* primum actum à tali substituto factum, vicem litis contestationis obtinere, & ipsum per actum illum litis dominum fieri. Nec quicqvam pro hac ratione facit, quod Mynsing. *1. Obs. 43. in fine* adducit, dicens: *Sed prior obtinuit, qvia efficitur dominus litis, cum in eum feratur sententia: qvod fieri non potest, si non esset dominus litis. l. 1. C. de sentent. & interloc.* Nam & hoc dubium est, an in procuratorem post litem à domino contestatam datum sententia ferenda sit; nec *ex d. l. 1. C. d. t.* probatur. Loqvitur enim *d. l.* de eo casu, quo dominus nunqvam, procurator verò semper in judicio fuit. Ergò a contrario sensu, si dominus qvoqve judicio præsens & ipse litem contestatus fuerit, in ipsum potius ferenda erit sententia. Quod ipsum etiam *l. 31. §. 2. de Neg. gest.* probare videtur, qvam tamen diss. Umm. *disp. 3. thes. 8. num. 47.* pro contraria sententia adducit. *Specul. Lib. 1. tit. de procur. §. qvandò num. 24. Anton. Perez. in C. tit. de procur. n. 6. Bach. in Comm. ff. tit. de procur. cap. 2. n. 1. & in not. ad Treutl. vol. 1. disp. 9. thes. 3. lit. Z.* ubi tamen hanc sententiam limitat, si authore Prætore, causa

causa cognita, judicium in procuratorem translatum fuerit. Si autem procurator, qui litem contestatus non est, cuique dominus potestatem substituendi non concessit, de facto substituisset procuratorem, substitutio illa ipso jure nulla est. Quicunq; enim facit illud, cujus faciendi nullam habet potestatem, nihil de jure facit, *arg. t. t. C. si. à non Compet. jud. judic. esse dic. Matth. Berlich. part. 2. decis. 274. num. 31.* Nec, si postea hic de facto substitutus litem contestetur, ejus constitutio convalescit; sed semper & in omni judicii parte, tanquam falsus procurator, cujus mandatum ipso jure nullum est, non tantum adversario postulante, verùm etiam officio judicis, rejici potest, *l. 24. C. de procur. l. 56. ff. de judic. Bocer. class. 6. disp. 6. thes. 15. Perez. in Cod. tit. de procur. num. 7. Jacob. Schultz. obs. forens. 7. n. 3. Diss. Nicol. Calvol. d. §. de procurator. 7. conclus. 10. numer. 12.*

Quod autem de procuratoribus dictum est, etiam in Syndicis procedit. *l. 74. ff. de procur. Bocer. d. cl. 6. disp. 6. th. 14. lit. A.* In ordinatione Cameræ Imperialis procuratoribus post legitimationem ex judicis permissione absentibus, etiam ante litem contestatam alium interim deputare permittitur; *part. 1. tit. 20.* §. Im fall aber daß ein Procurator mit Erlaubnüß des Cammerrichters im Gericht nicht erscheinen / noch seinen termin verstehen möchte / und derselbe sich hiebevor mit Gewald zu der Sach legitimirt hätte / soll derselbig vor und nach der Kriegs-Befestigung einen oder mehr procuratores deß Gerichts / biß zu seiner Ankunfft und Gegenwärtigkeit / von seinetwegen in Sachen zuhandlen / zu substituiren Fug und Macht haben. addita tamen hac admonitione: Daß sie ihren substituirten genugsamen Bericht thun / und ohn solchen gnugsamen Bericht sich kein ander soll substituiren lassen / auff das unnöthige submissiones verhütet werden / bey Straff der Ordnung. *Ord. deput. Imp. de*

Anno

Anno 1557. verf. Wo auch von dem Cammer-Richter. Idem quoque ex constitutione Franc. refert. Petr. Gregor. Thol. *Syntagm. Iur. Vniv. lib. 49. cap. 4. num. 6.* hisce verbis: *Constitutione Franciæ an. 1539. sur. l'abbreviation des proces. cautum est art. 13. licere quidem, sed suo periculo, procuratoribus curiæ alios substituere in casu absentiæ vel ægritudinis, qui tamen substituti aßidui in curia sint, cum quibus gesta, rata perinde habeantur, ac cum substituentibus facta.* Regios verò procuratores tantùm propter casum absentiæ aut morbi alios loco suo substituere posse, refert Joh. Papon, *lib. 6. tit 4. arrest. 24.* Aliam declarationem post alios addit Honor. *in compend. jur. Cam. lib 1. tit. 38. numer. 31.* & Nicol. Calvol. *d. §. de procur. 7. concl. 10. num. 8.* si nimirum agatur de causa mandati, an sc. mandatum habeat legitimum. Verùm quia hæc mandati quæstio, inquit Salicetus, procuratoris est propria, proinde non substituere, sed constituere videtur. *ad l. 8. C. de procur. num. 8.*

§. 8.

Priori casu, si Procurator litem contestatus sit, ipsi substituendi potestas & Jure Civili *l. 8, l. 11. l. 23. C. de procur. l. 4. §. fin ff. de appell.* & Jure Canonico permissa legitur *c. 1. verf. licet. de Procur. in 6to.* Per litis enim contestationem cum eo quasi contrahitur, *l. 3. §. 11. ff. de pecul.* & actio quodammodo novatur, *l. 11. l. 29. ff. de novat. l. fin. C. de usur. rei judic.* ipseq; litis dominus efficitur. *d. l. 4. §. fin. ff. de appellat. l. 23. C. de procur, c. 1. d. procur. in 6to.* Nec refert, procurator, a quo litis contestatio facta est, ab ipso domino datus, an à procuratore potestatem substituendi ex speciali domini concessione habente, ante litem contestatam substitutus sit. Nam & hic per litis contestationem factus est litis dominus, de quo generaliter dicitur, quòd procuratorem dare possit *dd. ll. Honor. in Compend. Iur. Canon. lib. 1. tit. 38. num. 31. Matth. Berlich.*

Berlich. part. 2. decis. 274. num. 13. Mynf. 1. obs. 43. ubi ita decisum fuisse refert. Quod ipsum etiam expresse probat Jus Provinc. Würtemb. *part. 1. tit. 16.* §. Wer dann einen Gewald. *ibi:* und wann der erste Anwald vor der Kriegs-Befestigung / vermög besonders Gewalts einen andern substituirt hätte / derselbe Affter-Anwald aber durch die Kriegs-Befestigung Dominus litis worden / so hat solcher Affter-Anwald auch Fug und Macht / einen andern nach ihme und also den dritten Anwald zu setzen. *Plebst. ad jus provinc. Würtemb. disp. 1. th. 55.* Potest autem procurator, per litis contestationem dominus litis factus, non tantùm ante sententiam, sed victus etiam post eam alium deputare ad interponendam appellationem; quæ est appendix primæ instantiæ; *l. 4. § fin. ff. de appellat.* verùm non ad illam prosequendam. Quando enim dicitur procuratorem per litis contestationem fieri litis dominium, per litis vocabulum non ipsa actio, sed potius ejus exercitium sive instantia intelligitur, *Matth. Berlich. part. 1. Concl. pract. 27. num. 13. Casp. Ziegler. in comm. Conclus. in prælud. de instantia in genere. n. 30. & 34.* quæ per sententiam finitur. *Caspar. Ziegler. d. tr. n. 1. ibi. Instantia est exercitatio judicii à litis contestatione ad sententiam & n. 57. Honor. in compend. jur. Canon. lib. 1. tit. 38. num. 31. Sigism. Scaccia de Appell. quæst. 5 num. 19.* Nec ipse procurator primæ instantiæ dominus manet etiam secundæ. *arg. l. 20. C. de appell. juncta l. 22. C. de procur.* Unde ad appellationis prosecutionem non procurator primæ instantiæ, sed ipse dominus citatur. *Myns. 2. Obser. 17. Besold. tr. de appellat. c. 5. n. 7.* ubi hoc limitat in appellatione ab interlocutoria, de qva vid. etiam *Gail. 1. obs. 139. num. 11.* Et si procurator qui appellavit, vel in foro Saxonico Leuterationem interposuit, ad illam justificandam mitteret substitutum, & in termino per substitutum compareret, appellatio & leuteratio pro deserta habetur. *Paria enim sunt,* inqvit Berlich.

 p. 2. concl.

p. 2. concl, 274. n. 31. Substitutum vel omninò non comparere, vel comparere qvidem, sed esse ab eo substitutum, qvi substituendi potestatem non habet.

§. 9.

At verò cum litis contestatio non in omnibus judiciis interveniat, sed in causis summariis, in quibus simpliciter & de plano sine figura judicii proceditur, licitè omittatur; *Clem. sapè, de V. S.* quæritur, an in illis procurator nunquam fiat litis dominus, nec alios substituere possit? *Resp.* quamvis in hisce & similibus causis solennis litis contestatio necessaria non sit: *d. Clem. Sapè.* Litis tamen Contestationis vim habet, illiusque locum obtinet quilibet actus contradictorius, qui aliàs solennem litis contestationem seqvitur, quove primùm causæ merita tractari incipiunt; *Vol. 3. Consil. Marpurg. Regner. Sixtin. cons. 10, n. 12. & 13. Asin. in prax. civil. in proœm, cap. 3. n. 38. Bened. Carpzov. Jurispr. forens. part. 1. const. 10. def. 8. & const 11. def. 5. n. 6. Zanger. de Except. lib. 1. c. 2. n. 24. Hartm. Pistor. lib. 4. q. 13. n. 25.* per qvem instanti inducitur, *Regner. Sixtin. d. l.* & procurator, qvi illum actum fecit, dominus instantiæ efficitur, ac proinde alium procuratorem substituere potest. *Honor. in Compend. jur. Canon. lib. 1. tit. 38. n. 31. Nicol. Calvol. in comm. conclus. §. 7. concl. 8. n. 4. ibi : Procurator efficitur dominus, statim cum incipit tractare merita causa. & Concl. seq. 10. n. 10. Fr. Cardin. Mantic. decis. Roman. 204. ubi num. 2.* dicit, hoc ab omnibus sine distinctione receptum esse.

§. 10.

An verò ea, quæ hactenus dicta sunt, adhuc hodie locum habeant, ita ut procurator post litem contestatam alios procuratores deputare possit, dubium movere videtur Bachovius, qui negat procuratores hodiè per litis contestationem dominos litis fieri: *in Comm. ad part. 1. ff. tit. de procur. cap.*

cur. cap. 5. n. 1. ibi: qvoniam isti procuratores hodierni, advocatorum instar magis obtinent, & utiqve sunt pene nudi ministri, nec fiunt domini litis, nec in illos fertur sententia. & cap. seq. 7. n. 2. Idem in not, ad Treutl. vol. 1. Disp 9. thes. 10. lit. F. vers. in Camera tamen ibi: qvod procuratores hodierni, non ut olim, veri instantiæ domini efficiuntur, sed etiam post litem contestatam, nudi ministri & vicarii manent, qvippe qvod in principales ipsos, non autem procuratores sententia ferri solet. quæ tamen est unica ratio, propter quam leges nostræ procuratoribus hisce substituendi potestatem concesserunt, *l. 4. §. fin. ff. de appell. c. 1. vers. licet de procur. in 6to.* Verùm hoc non obstante, verissimum esse judicamus, hodie apud nos non minus ac olim apud Romanos, procuratores post litem contestatam alios substituere posse: quod probat concors practicorum consensus, præjudiciorum multitudo & quotidiana experientia. Hancque minimè destruere possunt Bachovii rationes. Nam adhuc hodie procuratores differre ab Advocatis, præter experientiam, etiam probat Ordin. Cam. Imper. *part. 1. tit. 19.* §. Nach dem sich täglich begibt / daß ein Procurator deß andern Procuratorn Advocat seyn will / und aber der Redner oder Procuratorn und Advocaten Empter unterschiedlich seyn / auch die Procuratores von wegen Menge der Sachen beeden Emptern nicht wol vorseyn mögen / rc. Nec alterum, hodiernos nimirum procuratores esse nudos ministros, admitti potest. Nudus enim minister nudum factum exequitur, ministerium tantummodo præstat, & tanqvam instrumentum ac organon ipsa verba in domini personam concipit, nullumque jus administrandi habet. *Wesemb. π. ff. t. de procur. num. 2.* quod de nostris procuratoribus dici non potest: sed procuratoribus adhuc hodie actiones mandantur, ut ipsi in illis vicem domini sustineant, authores fiant, & omnia loco dominorum faciant,

Daß sie von wegen ihrer alles Vornehmen thun und handeln sollen/als ob sie ieder zeit selbst zugegen weren. Nec verba in constituentis, sed in suam personam concipiunt, e. g. Verus & rem intelligens procurator non dicit, præm. præm. Vor denenselben erscheinet N.N. mein Principal, und bedingt ihme fordersi ꝛc. Sed hac utitur formula, Vor denenselben erscheine ich N.N. als constituirter Anwald deß N. N. &c. Imò procuratores verba in personas dominorum absentium concipere prohibentur in Ordin. Cam. Imper. *part. 1. tit. 22.* §. Item soll kein Procurator unter dem Nahmen der Parteyen / die nicht persöhnlich zugegen / und solche Suplicationes selbst nicht übergeben / suppliciren / sondern sich selbst als Anwald in supplicationibus subscribiren. Et si hodierni procuratores nudi essent ministri, non ipsi, sed illorum principales sive actionum domini citandi essent, contra ea qvæ tradit Myns *2. Obs. 39.* Würtemb. Lander. *part. 1. tit. 53.* §. Es sollen auch zu Eröffnung aller End- und Bey- Urtheil beyde Parthеyen oder derselben Anwäld citirt werden. Nec magis assensum meretur tertia Bachovii propositio, procuratores hodiernos non fieri litis dominos. Nusqvam enim hac in parte Jus Civile & Canonicum reperitur mutatum. Quidquid autem specialiter non est mutatum, id veterum legum & constitutionum regulis omnes relictum intelligant. *l. 32 §. fin. C. de appell. l 27. C. de Testam.* Unde adhuc hodie etiam principes practicorum, leges Romanas, quæ procuratores post litem contestatam litis dominos fieri disponunt, ad nostri temporis procuratores applicare solent. *Myns. 1. Obs. 42. & 2. Obs. 39. Hartm. Hartm. tit. 8. Obs. 3. n. 3. Gail. 1. Obs. 74. n. 10. Berlicb. 1. conclus. 27. num. 13. Carpzov. p. 1. const. 1. d. 22. n. 2. Vmm. disp. 3. ad process. thes. 8. n. 46. Mobedan. decis. Rot. Rom de procur. 4. ibi: omnes domini tenuerunt, qvod procurator non possit revocari per reum: quia est effectus dominus*

litis.

litis. Quod ipsum expresse quoque probat jus provinciale Würtembergicum. *pag. 1. t. 16.* §. Wer dann einen Gewald an sich nimbt/ der sol demselben genug thun / wie recht ist / wie er sich dann der Rechtfertigung (bevorab wann das Recht verfangen / und er alsso NB. Dominus litis worden) &c. ubi expresse etiam additur, quod procurator post litem contestatam alium substituere possit, etiamsi illud à domino specialiter concessum non sit: *ibi* Doch mag ein Anwald nach der Kriegs Befestigung einen Affter-Anwald an seine statt wol substituiren, ob gleich solcher substitution halb in seinem Gewald nichts begriffen. Et quamvis hodie in Cam. Imper. sententia non in procuratorem concipiatur: *Gail. 1. Obs. 111. Myns. 6. Obs. 11.* illud ipsum tamen universale non est, nec in omnibus aliis judiciis observatur. Sic de jure Würtembergico sententiæ indifferenter vel in dominum actionis, vel in procuratorem, vel in utrumque concipiuntur. Würtemb. Landr. *part. 1 tit. 53.* §. Ob auch *ibi:* mögen unsere Gericht die Urthell auff den Anwald/ oder auff die principal Parthey/ oder auff sie beyde stellen. Deinde non sequitur, sententia hodie non fertur in procuratorem; Ergò procurator per litis contestationem non fit dominus litis. Nam etiam de jure Canon. secundum Joh. Emer. à Rosbach. *de diff. Jur. Civ. & Canon. lib. 3. tit. 20. n. 5. Rittershus. de diff. Juris. Civ. & Can lib. 5. c. 24.* H. Hahn. *ad Wes. tit. de procur. n. 8. vers. sententia est in procuratorem.* Gail. *Obs. 111. n. 3.* in dominum causæ fertur sententia; & tamen procurator de illo quoqve jure post litem contestatam dominus litis dicitur, *c. 1. vers. licet c. 6. de procur. in 6to.* Procurator quidem litis seu instantiæ dominus fit, verùm ipse mandans dominium suum actionis non amittit; sed ejusdem dominus manet; ac proinde actione judicati agere vel conveniri potest. *l. 27. l. 28. ff. de procur. l. 5. ff. de prætor. stipul. l. 86. ff. de solut.*

 l. 4. pr.

l. 4. pr. ff. de re judic. omneque ſententiæ commodum & incommodum in effectu ad illum tranſit. *Frantz. in comm. ff. tit. de procur. numer. 15.* unde ipſe quoque paſſim litis dominus dicitur *l. 30. l. 31. pr. ff. de procur. l. 10. ff. judic. ſolv. l. 1. C. de ſentent. & interloc.* Licet itaque in Camera Imperiali in concipiendis ſententiis magis hoc actionis dominium conſideretur; per hoc ipſum tamen prius non ſtatim tollitur; ſed quoad alios effectus ſalvum relinquitur. Quapropter tutius erit cum Gudelino *de Jur. Noviſſ. lib. 4. cap. 4. pag. 165.* dicere hoc dominium inſtantiæ procuratori per litis conteſtationem adquiſitum, moribus noſtris interdum negligi.

§. 11.

Etſi autem procurator poſt litem conteſtatam fiat litis dominus, & alium ſubſtituere poſſit; hoc ipſum tamen non ſuo proprio, ſed procuratorio nomine facere debet. Ipſe enim eſt & manet etiam poſt litem conteſtatam procurator, qui aliena negotia adminiſtrat. Inſtantiæ eſt dominus; at res & actiones, de quibus in judicio agitur, ſunt & manent alienæ, nec procuratoris fiunt propriæ, *l. 9. C. de procur. Frantz. in Comm. ff. tit. de procur. n. 5. Carpzov. lib. 3. tit. 2. Reſp. 24. n. 39. Berlicb. part. 1. concl. pract. 27. n. 12.* Quodcunque igitur ipſe in illa inſtantia cujus dominus eſt, de rebus alienis agit, procuratorio nomine agere debet. Unde in ordin. Cam. Imp. *part. 1. tit. 22.* §. Item ſoll kein *antep.* jubentur, daß ſie ſich als Anwäld in ſupplicationibus ſubſcribiren ſollen. & quando condemnantur, procuratorio nomine condemnantur, *l. 31. pr. ff. de procur.* Hinc ſi procurator in rem alienam, manifeſtè ſuo & proprio nomine tanquam in cauſa & re propria procuratorem conſtitueret, non valeret illa ordinatio. Actus enim non poteſt ſuſtineri ex poteſtate, quâ quis uſus non eſt. *arg. l. 6. §. 4. ff. de adqvir. vel omitt. hered. l. 10. §. 1. ff. de curat. furios. Joh. Vincent. Hondedeus*

dedaus vol.1.Consult.55.n.80. & seqq. In dubio autem facta censetur hæc procuratoris datio procuratorio nomine magis, quam proprio. *Joseph. Mascard. de probat.Concl. 1211. num.1. & seqq. Ludovic. de Casanate Consil. 40. num.18. Decis. Rot.Gen. de mercatura 200. n. 2. Vid. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 49.* Actus enim seqvens in præcedentis executionem factus præsumitur, *Menoch. d. conclus. n.8.* & præcedens seqventem limitat ac interpretatur, *arg. c. pen. de procur. in 6.* Unde etiam dicitur: Procurator semel procuratorio nomine comparens, si postea compareat, censetur eodem nomine comparere. *Seraphin. Olivar. Razzal. part.1.decis.598 n.5.* Et si constituens non potest nisi uno jure constituere, simpliciter constituendo, videtur eo nomine constituere, quo potest, videlicet nomine officii & administrationis quam habet. *Francis. Salgado de Somoza, de Regia protect. vi oppress. &c. Tom. 2.part.4.c. 8.n.269.*

§. 12.

Quatenus ab actore constitutus procurator substituere possit hactenus traditum est. Si verò procurator à Reo ad defendendum datus fuerit, Doctores communiter statuunt, ipsum statim, quamprimum cautionem judicatum solvi præstiterit, licet lis nondum sit contestata, alium substituere posse. *Hartm. tit. 7. Obs. 7. n. 2. Vmm. disp. 3. ad process. thes.3. num. 11. Donell. 18. Com. 12. pag. 196. Nicol. Calvol. in Comm. conclus. §. procurator. 7. Concl. 10. n. 6. arg. l. 76. ff. de procur.* ubi dicitur quod post hanc cautionem præstitam, defensor domini loco habendus sit. Hinc Seraphin. Olivar. Razzal *part. 2. decis. 1180. num. 2. Ubi satisdatum est*, inqvit, *judicatum solvi, ipse procurator non tantùm instantiæ, sed totius causæ sit dominus, quia ipse tenetur judicatum solvere. Speculat. tit. de procurator. § ratione sui & causæ num. 28.*

§. 13. Si

§. 13.

Si plures simul constituti fuerint procuratores & qvidem singuli in solidum, ille qui per litis contestationem negotium primitus occupavit & ita litis dominus est effectus, substituere potest, adeò ut ab eo substitutus alterum principalem s. primum procuratorem excludat, etsi in mandato, quo plures in solidum constituuntur, dictum sit, qvod non debeat esset melior conditio occupantis. *cap. si duo 6. de procur. in 6to.* Quando verò plures in solidum constituti videantur, & alia ad hanc qvæstionem pertinentia vid. apud Gratianum, *Tom. 2. discept. forens. 201.*

§. 14.

Et hæc de personis substituentibus. Seqvuntur substituendæ. De quibus etiam hæc generalis notanda est regula. Omnes substitui possunt, qui nec propter defectum aliqvem impediuntur, nec per legis constitutionem prohibentur. *cap. 1. in pr. de procur. in 6to.* Impediuntur autem furiosi, mente capti, & infantes; qùia usu rationis & per hoc consensu destituuntur; qui tamen tanquam causa efficiens ad hanc procuratorum substitutionem requiritur: juxta tradita *Cap. 2. §. 1.* Item muti & surdi ad lites. *l. 43. pr. ff. de procur.* Juris constitutione prohibentur omnes, qui à Dominis primi s. principales procuratores constitui nequeunt: quales suut Decuriones seu Curiales: *l. 30. C. de locat.* Milites. *l. 7. C. de procur. l. 31. l fin. C. de Locat.* (qui tamen post litem contestatam ulterius repelli nequeunt; *l. 13. C. de procur. l. 8 §. 2. ff. eod.*) excepto eo, qui in rem suam procurator datus est: vel qui communem causam omnis sui numeri persequitur. *d. l. 8. §. 2. l. 9. C. d. t.* ad lites fœminæ: *l. 18. C. de procur. l. 2. §. fin. ff. ad SC. Vellej. l. 2. ff. de R. I.* Except. vid. ap. Dn. Hahn. *in not. ad Wes. π. tit. de procur. num. 4.* Redemptores alienarum litium, *l. 15. C. de procur. & ibi Sichard. n. 1.*

Bocer.

Bocer. claſ. 6. Diſp. 6. thes. 33. Jure Canonico infames. *can. 1. & 2, cauſ. 3. q. 7. vid. Zanger. de Except. lib. 2. cap. 8. num. 98. & ſeqq. Ruland. de Commiſſ. part. 1. lib. 4. cap. 13. n. 14. Rittersh. d. differ. jur. Civil. & Canon. lib. 5. cap. 12.* & Minores 25. annis. *cap. vers. licet. de procur. in 6to.* Potentiores. *arg. t. t. C. ne lic. potent. patrocin. &c.* Rei criminum. *l. 6. C. de procurator.* Servi: *arg. l. 33. pr. & §. 1. ff. eod. l. 32. ff. de R. I.* Excommunicati. *arg. cap. 7. X. de judic. cap. 12. de Except.* Imperiali banno proſcripti: *Gail. 2. Obſ. 86. num. 9. & lib. 2. de Pac. publ. c. 12. Bened. Carpzov. Tr. Crim. part. 3. q. 140. num. 29.* Würtemb. Landr. *part. 1. tit. 16.* Chriſtianus contra Chriſtianum à Judæo in rem ſuam, Reichs Abſchied zu Augſpurg de Anno 1551. §. Dieſem zubegegnen / verſ. Es ſolle auch &c. In Camera Imperial. qui promoti Doctores vel Licentiati non ſunt. *Ordin. Cam. Imper. part. 1. tit. 18.* & alii, *de quibus vid. Umm. Diſp. 3. ad proceſſ. thes. 4. Bach. Cmo. ad part. 1. ff. tit. de Procur. cap. 2. n. 2.*

CAPUT IV.

DE OBJECTO, DIFFERENTIA QVA A PRIMO SUBSTITUTUS PROCURATOR DIFFERT ET EJUS FINE.

§. 1.

RAtione objecti nihil ſingulare occurrit in procuratore noſtro ſubſtituto: ſed in quibuscunqve cauſis procuratores admittuntur, in iis etiam alii ſubſtitui poſſunt. Admittuntur autem procuratores in omnibus cauſis, quæ ſpecialiter exceptæ non inveniuntur; qualia ſunt omnia facta natura vel jure impoſſibilia *arg. l. 6. §. 3. ff. Mandat. l. 22 § 6. eod. l. 26. ff. de V. O. l. 35. pr. & §. 1. eod.* Unde ſi ille, qui man-

datum ad hominem occidendum susceptit, alium de facto substituerit; propter turpitudinem mandati neuter alteri ad aliquid, sed omnes ex delicto ad pœnam obligantur; & si effectus secutus homoque occisus fuerit, homicidii rei erunt. *l. 15. pr. & § 1. ff. ad L. Corn. de sicar.* In judicialibus excipiuntur causæ criminales; (nisi illarum pœna sit relegatione minor) in quibus Jure Civili regulariter nec ex parte rei procurator admittitur, & per consequens nec substitui potest. *l. 1. vers. sed & si ff. an per al. caus. appell. l. pen. ff. de publ. judic. l. 15. C. de accusat.* quod tamen hodie quoad actorem aliter observatur. Is enim etiam in criminalibus capitalibus licitè agit per procuratorem. *Ord. Crimin. Carol. V. art. 12. vid. Carpz. Tr. crimin. part. 3. qvæst. 105. num. 2. & seqq.* à quo, quin vel ex hominis vel legis concessione interdum alius substitui possit, nullus dubito. Substituuntur autem procuratores vel generaliter ad omnes res & actiones, vel ad negotia s. lites singulares, vel ad actum tantùm unicum. *c. 3. d. procur. in 6to. Ordin. Cam. Imper. part. 1. tit. 21.* Differentia qua substitutus ein Affter-Anwald à principali procuratore distinguitur, in eo consistit, quod hic ab ipso domino negotiorum vel actionum immediate, ille vero per procuratorem constituatur. Fine conveniunt primi & secundi s. substituti procuratores, utrique ad negotia vel lites administrandas constituuntur.

CAPUT V.
DE EFFECTV.

§. 1.

HActenus Procuratoris substitutionem consideravimus. Restat ut de ejus effectu & contrariis, de illo quidem in hoc, de his verò in sequenti capite dispiciamus. Effectus respicit vel

cit vel ipsum procuratorem substitutum, vel substituentem, vel causæ dominum. Ipse procurator legitimo modo substitutus exinde consequitur potestatem negotia & actiones alienas sibi commissas, non minus ac ipse principalis procurator, loco domini gerendi atque administrandi. Quæ tamen potestas terminos ac limites recipit ex ipso substitutionis mandato; prout sc. illud vel est generale vel speciale: ad judicia vel negotia; cum vel sine libera; in rem suam vel alienam; ex quibus omnibus judicandum, quanta sit substituti potestas; & an ipse transigere, pacisci, compromittere, juramentum deferre, alienare & alia ejusdem generis facere possit; quæ omnia hic explicare nimis longum foret. Hos autem mandati terminos diligenter custodire debet; Illos enim egressus quidquid gesserit, ipso jure nullum est, nec domino præjudicium facit *l. 10. C. de procur.* Deinde etiam in hac ipsa administratione omnem adhibere debet diligentiam ac fidelissimè omnia gerere. Dolum aut culpam aliquam si admiserit, subsistit quidem negotium; verùm ipse ad omne damnum ejus dolo vel culpa factum resarciendum obligatur, atque directa mandati actione conveniri potest. *l. 13. l. 21. C. Mandat.* Contra verò si in rem alienam (nam in rem suam, propriis expensis tenetur litem peragere *arg. l. 30. ff d. procur.*) substitutus expensas fecerit in negotia sibi commissa, illas contraria mandati actione repetere, *l. 30. ff. de procur.* & interdum etiam salarium exigere potest. Quæ omnia ex iis quæ passim hisce de causis à Dd. ratione primi procuratoris traduntur, haud difficulter cognosci possunt. Quem autem expensarum & salarii nomine habeat obligatum, an procuratorem substituentem, an verò negotiorum & actionum dominum, de eo agemus in sequentibus.

§. 2.

Substituens per substitutionem legitimè factam trans-

fert in substitutum alienas actiones vel negotia administrandi potestatem; (quam tamen ipse quibusdam in casibus, de quibus, in seqv. capite, recipere potest.) eamque vel omnem quæ sibi competebat, vel ejus tantùm particulam aliquam: Ipse enim ad plures vel generaliter omnes causas si fuerit constitutus, in una tantùm earundem vel etiam certo quodam actu alium substituere; & reliquas sibi exercendas reservare nequaquam prohibetur, *c. 3. in fin. de procur. in 6.* Ex hac autem per substitutionem facta administrationis translatione ipsi substituenti adversus substitutum directa mandati actio, ad consequendum illud ad quod substitutus obligatus est, competit. *l. 8. §. 3. ff. Mandat.* Quamvis enim procurator primus aliena negotia mandaverit, & ipsius directè nihil interesse videatur; quia tamen ipse Domino negotiorum actione mandati directa tenetur, & sic ejus per indirectum interest, negotia à substituto diligenter & fideliter administrari, proinde ipse quoque contra substitutum directam mandati habet actionem. *d. l. 8. §. 5. & ibi Ant. Faber, l. 28. ff. de Neg. gest.* An verò procurator substituens substituto obligetur, & quidem proprio nomine, ita ut ipse expensas ac salarium de suo præstare teneatur, quæritur? Hic primò distinguendum videtur inter procuratorem in rem suam, & in rem alienam, à principali constitutum. Ille in rem suam constitutus omnino obligatur, & de suo salarium atque expensas præstare tenetur. Ipsum enim sicut omne lucrum ex lite cessa proveniens, ita etiam dispendium, æq; ac dominum sequitur, *l. 31. pr. ff. de act. empt.* & propterea propriis expensis suoque periculo litem peragere debet. *l. 30. ff. de procur.* Procurator autem in rem alienam, si adhuc alia domini negotia administret, & penes se aliquas ejusdem res habeat, quibus substituto satisfacere possit, ipse quidem procuratorio nomine, ut nimirum ex illis domini

bonis

bonis quæ adhuc administrat, satisfaciat, conveniri potest. *arg. l. 4. ff. quod jussu. l. 6. l. 7. §. 1. ff. de Inst. Act. l. 7. §. 11. ff ad SC. Maced.* Verùm proprio nomine non obligatur, nec ex proprio patrimonio regulariter aliquid præstare tenetur. Etenim certissimi juris est, in omnibus contractibus; inspiciendum esse, quid inter contrahentes actum sit. *l. 34. ff. de R. I. l. 41. pr. ff. de V. O.* Et si illud non appareat, verisimilibus conjecturis investigandum; ex quibus si constet animum se obligandi non adfuisse, nulla nascitur obligatio. *l 3. §. 1. ff. de O. & A. l. 1. §. 4. ff. de Const. pecun.* Actus enim ultra agentium intentionem nihil operatur. *arg. l. 19 ff. de Reb. Cred.* In hujus autem procuratoris substitutione, sive respiciamus ad substituentem, sive ad substitutum, non hoc actum videtur, ut ipse substituens suo nomine & de proprio obligetur, vel ad salarium vel ad expensas: Substitutus enim scit, & ex ipsa substitutione (quam procuratorio nomine fieri præsupponimus. *vid. § 11. praced. cap. 3.*) cognoscit, substituentem non suo proprio sed procuratorio nomine mandare, & ex officio contrahere; unde illum non aliter quam personam ex officio contrahentem intueri potest, & sic in ea qualitate in qua ipse scit illum contrahere. *Decius Consil. 183. num. 10.* Aliter si illum obligare velit, illud ut exprimat, & specialiter à substituente stipuletur, necesse est. *l. 6. §. 1. ff. de Neg. gest.* Ipse verò substituens eo ipso dum procuratorio nomine aliena negotia vel actiones mandat, in dem er als deß NN. bestelter Anwald substituiret, satis ostendit, quod non proprio nomine se obligare velit *arg. l. 34. de Neg. gest. l. 43. §. 1. ff. de admin. & peric. tut. l. 25. ff. de probat.* Vide Bened. Carpzov. *Lib. 4. Respons. 80. n. 8.* ubi scribit: *cum contrahens in obligatione & contractu vel personam sui principalis, vel negotium & causam, quam administrat, verbis disertis exprimit, res hæc eò minus dubium habet; quippe quod hoc ipso per-*

sonam suam excipere intelligatur; nec ultra intentionem obligatio vires suas extendit: & in praeced. num. 6. Caeteroquin si de voluntate administratoris se ipsum obligandi non appareat, in dubio nomine administrationis quam gerit contraxisse videtur, ac propterea nec ipsemet conveniri, nec ut de suo proprio solvat condemnari potest. Idem post multos à se allegatos, docet quoque Berlich, *part. 1. decis. 15. n. 6.* dicens: *Ubicunqve sit mentio officii in aliqvo instrumento, tunc is non proprio nomine, sed ratione officii contraxisse & promisisse censetur,* & Bartol. *in l. fin. ff. de instit. act.* Contrahens nomine officii apposito, in dubio nomine officii contraxisse videtur, & finito officio non tenetur. Hinc JCtus Scaevola, qui *in l. ult. ff. de Instit. act.* Institorem finito officio obligatum esse & conveniri posse negat, hanc unicam rationem addit, quia contraxit ex officio; quod nemini debet esse damnosum. *l. 7. ff. testam. quemadmod. aper.* Nam aequum est ad eum pertinere damnum, ad quem spectat commodum. *l. 2. §. 9. ff. de hered. vel act. vend.* In nostro autem casu (loquimur enim hic de procuratore in rem alienam) ad procuratorem substituentem nullum commodum pertinet; sed quodcunque ille ex administratione & negotiis commissis consequitur, domino restituere tenetur. *l. 10. § 3. ff. Mand. l. 46. §. 4. ff. de procur.* Sicut itaque bonae fidei non congruit, de alieno lucrum sentire; ita aeqvitati quoque contrarium videtur, ex alieno damnum accipere. *l. 20. pr. ff Mand.* sive, uti Ulpianus loquitur, grave est, sub alieni compendii emolumento anceps damnum subire. *l. 4. princ. ff. de jurejur in lit.* Hinc in hujusmodi procuratorem non datur actio judicati. *l. 4. princ. ff. de re judic. l. 27. in fin. l. 28. ff. de procurator,* isque non aliter de evictione obligatur, quam si illam suo nomine promiserit, vel suam pro domino fidem adstrinxerit. *l. 67. ff. de procur.* non obstante *l. 49. ff. Mand. Nic. Burgund. in tr. de*

Evict.

Evict. cap. 32. num. 6. pag. 254. Anton. Faber. in Cod. ib. 8. tit. 30. def. 6. & Hartm. tit. 7. Obs. 1. num. 2, ubi ait: *Idem dicendum, quando actus respicit utrumqve, dominum & procuratorem, & ipse contrahit procuratorio nomine, nam tunc obligatur solus (effectualiter sc. uti loqvitur Bald. in l. ult ff. de Instit. act.) dominus.* Facit hâc pro sententia, *l. 1. §. fin. ff. qvod jussu. l. 15. C. de admin. tutor. l. 1. C. Qvand. ex fact. tutor. l. 5. l. 7. ff. eod. junct. d. l. 1. §. fin. ff. qvod juss.* Plures pro hac sententia Dd. adducit Joan à Sande, *lib. 3. tit. 7. def. 1.* ubi in fine addit. In curia (Frisiorum sc.) judicatum esse, heredem procuratoris propterea non rectè conveniri ex eo, quod à defuncto procuratorio nomine gestum est. Et generaliter scribit Carpz. *Jurispr. forens. p. 1. const. 32. def. 14. n. 5.* non valere executionem in bona illius, cujus nomine contractum non est. Sed quæ hactenus dicta sunt, regulam demonstrant, quæ semper præsupponit procuratorem verum (*vid. l. 1. §. fin. ff. qvod juss.*) procuratorio nomine, bona fide substituisse, & terminos mandati non excessisse, *arg. l. 43. §. 1 ff. de admin. & peric. tut. l. 5. §. 11. l. 11. §. 5. ff. de instit. act. vid. Bened. Carpzov. Lib. 4. Resp. 80. n. 11. & seqq.* Unde sua sponte fluit, si proprio nomine procuratorem dederit, ipsum de suo obligari, per ea, quæ supra dicta sunt. Quod etiam dicendum est, si ipse expresſè fidem suam interposuerit, & pro domino sese obligaverit, *arg. l. 67. ff. de procur. l. 3. §. 2. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. l. 15. C. de admin. tutor.* Idque factum esse existimant, si procurator suorum heredum fecerit mentionem; per ea quæ tradit Berlich. *part. 1. decis. 14. n. 1. & decis. 15.* Nicol. Everh. junior *vol. 2. Consil. 6. n. 35.* Hartm. Pistor. *Obs. 20.* Ben. Carpz. *l. 4. Resp. 80. n. 4.* vid. tn. Gail. *2. Obs 27. n. 24* Carpz. *Jurisp forens part. 2. Const. 19. def. 6. n. 6. in fin.* Item si de suo aliquid substituto solverit, illud repetere nequit; licet à causæ domino, qui fortè solvendo non

est, id

est, id recuperare non possit. Sibi enim imputet, qvod officii terminos egressus de suo pro domino solvit, ad qvod non tenebatur. *l.6.in fin.l.44.ff.de Cond.indeb.Cujac.in Papin. l.3.respons.ad l 57.eod.*

§. 3.

Procurator in rem alienam, qui alium substituit, propter hanc substitutionem etiam obligatur causæ sive actionis domino *l.8.§.3.ff. Mand.l.28.ff.de Neg.gest.* in qvantum verò, & ad qvid ipse domino obligetur, de eo non conveniunt Doctores. Hartm. Harmanni *tit 8.obs.3.num.3.* scribit: Procuratorem suo periculo substituere, & de omni eo teneri, qvod à substituto vel negligitur vel male geritur. *per l.8.C. de procur. & c.1.eod.in 6to.* Quod ipsum etiam probat Anton. Merenda, *l.5.controv.c.26.per.l.13.C.de procur.* Berlich. *part.2.dec. 274. num. 26. & seqq.* ubi hoc adeò verum esse existimat, ut ipse substituens nec actionibus sibi contra substitutum competentibus cedendo liberetur. *Anton.Faber.ad d.l 8. in fin.* Salicetus *ad l.8.C.de procur. num. 13.* distinguit: an substituerit proprio nomine post litem contestatam; an vi potestatis à domino concessæ; & hoc in casu an dominus certam personam substituendam nominaverit, an verò non. Nos, salvo aliorum judicio, distinguendum esse existimamus, an procurator substituens in ipsa substitutione & substituti electione dolum vel culpam aliqvam admiserit, an vero omni culpa careat. Priori in casu veram esse putamus Berlichii & Anton. Fabri sententiam, quod nempe ipse teneatur de omni substituti facto, ita ut nec actiones cedendo liberetur; qvia convenitur ob propriam culpam, quâ ipse, minus idoneum eligendo, occasionem dedit male substituti administrationi & damno ab ipso dato. Qui autem occasionem præstat, damnum fecisse videtur. *l 30.§.3.ff. ad L. Aqvil.* Hinc & dominus, qvi in eligendis famulis negligens fuit, tenetur de damno à famulo in commisso negotio dato. *arg.l.27.§.11.d.t.* Nam dominos

nos ad suum ministerium bonos eligere oportet, & explorare cujus fidei & cujus innocétiæ sint. *l.7.§.4 ff.Naut.caup.stabul.l.3.pr.ff. de publican.* alioquin mala famulorum electio propriæ ejus culpæ adscribitur. *dd.ll.vid.Joh.Herm.Stamm.de servit. personal. l. 2. c.14. & 15. Berlicb.part.4. concl.24.n.102.& seqq.Carpz.part.4.Jurisp.forens. const. 17. defin. 13. & 14.* Facit pro nostra sententia *l.21,§.fin ff.de Neg.gest.l.2.in fin.ff.si mens. fals.mod.* Atq; de hoc casu etiam Merenda & Anton. Faber loqvi videntur: qvi pro ratione decidendi hoc unicum afferunt, qvia procurator tenetur de omni culpa. *l.13.l.21.C.Mand.* Ergo ipsi culpam præsupponunt. Posteriori in casu, si substituenti nulla imputari possit culpa, ipse qvidem etiam obligatur, sed non propter substitutionem, qvam licitè, vel ex domini voluntate, vel ex legis concessione fecit; nec propter culpam, qua ipse caret; verum tantum eam ob causam, quia ipse substituens ratione damni à substituto dati habet actionem contra substitutum. *l. 8. §. 3. ibi: tenetur autem, (is sc. qvi mandavit alicui gerenda negotia ejus, qui ipse sibi mandaverat) quia agere potest. ff. Mandat. l. 28. ff. de N. G.* proinde illis cedendo liberabitur. Quodcunque enim quis tenetur eam tantùm ob causam, quia habet actionem, delegatio s. actionis istius cessio habetur pro justa præstatione. *l. 51. in fin. ff. de pecul. l. 16. §. fin. l. 20. §. 17. ff. de hered. pet.* Et hoc verum esse putamus, sive procurator substituerit ex concessione domini, sive ex legis dispositione. Hujus enim hîc eadem, quæ illius est vis ac potestas. Et hoc modo procurator in rem alienam constitutus domino ratione substitutionis à se factæ obligatur. Procurator autem in rem suam datus, cum omne quidquid actionibus cessis exactum fuerit sibi retineat, nec quidqvam cedenti restituere teneatur; *l. 4. l. 9. C. de procur. l. 31. pr. ff. de act. empt.* adeò ut si emolumentum litis respicias, ipse pro actionis domino ha-

 beatur:

beatur: *Petr. Gudelin. de jur. noviss. lib. 4. cap. 4. pag. 163.* idem etiam liberam substituendi habet potestatem, nec eo nomine ad quidquam domino seu cedenti est obligatus. *lib. 33. C. de donat. c. 1. de procur. in 6to.*

§. 4.

Causæ s. actionis dominus, quatenus propter factum substituti directa mandati actione cum substituente experiri possit, §. præcedenti traditum est. Contra ipsum substitutum verò stricta juris ratione domino negotii s. litis nulla competit actio; quia per liberam personam alteri obligatio non adquiritur. *l. 38. §. 17. ff de V. O. §. 4. & §. 18. I. de inut. stipul.* vid. tn. Carpzov. *Jurispr. forens. part. 2. const. 29. def. 20.* Bach. *ad d. §. 4.* Donell. enucl. *lib. 12. cap. 17.* Faber. *ad. l. 13. §. 25. ff. de act. empt. l. 68. ff. de procur. l. 31. ff. de Neg. gest.* ubi tradunt varias hujus regulæ exceptiones; quarum ultima haud est, si procurator ex re & nomine domini contrahat; tunc enim utilis à lege domino datur actio adversus eum, qui cum ejus procuratore contraxit. Et hoc non tantum in procuratore Judiciali obtinet; *l. 68. l. 27. in fin. l. 28. ff. de procur.* sed etiam in Extrajudiciali. *l. 13. §. 25. ff. de act. empt. Oldend. cl. 4. act. 1.* Quia itaque procurator substituens, nomine procuratorio, ac sic principaliter & quoad effectum ex re & nomine domini contrahit cum substituto; rectè quoque inde concluditur, Domino adversus substitutum utilem mandati actionem directam competere. Sicut autem ex contractu procuratoris, ex re & domini nomine celebrato, domino utilis directa, ita etiam hoc ipso in casu illi, qui cum procuratore dicto modo contraxit, utilis contraria conceditur mandati actio adversus dominum procuratoris. *l. 12. §. 25. ff. de act. empt.* Quando enim substitutus cum procuratore mandatum substitutionis recipiendo contrahit, sciens eum talem esse, & ex officio negotia

domini

domini gerere, procuratorem quidem tanquam personam ex officio contrahentem, dominum verò omninò quoad effectum solutionis respicit, ejusque, ceu commodum sentientis ex illo contractu, *l. 1. ff. de instit. act.* fidem præcipuè sequitur, ac per consequens illum quoque obligatum habebit. *arg. l. 10. §. 5. ff. Mand. l. 31. pr. ff. de Neg. gest. arg. l. 29. ff. de R. C. §. fin. I. Quod cum eo qui in alien. potest. Cujac. in paratit. C. de instit. act.* Hinc si procurator institorem præposuerit, (est species substitutionis) actio institoria etiam adversus ipsum dominum datur, ac si ipse præposuerit. *l. 5. §. fin. ff. de instit. act.* Item si quis jussu Procuratoris cum servo contraxerit, actio quod jussu adversus dominum procuratoris datur. *l. 1. §. fin ff quod jussu.* Unde etiam est, qvòd regulariter actio judicati utilis in ipsum litis dominum competat. *l. 4. pr. & §. seqq. ff. de re judic.* Videtur enim inter litigantes actum, ut in dominum, cujus omne commodum est & incommodum, detur judicati actio. *Caspar. Ziegler. comm. conclus. ad aur. prax. Nicol, Calvol. præl. de instant. in genere, num. 39.*

Caput VI.

DE CONTRARIIS.

§. 1.

Contraria vel ipsam substitutionem ab initio impediunt, vel factam resolvunt. Illa ex prioribus cognosci possunt; de hisce in hoc capite sed ad finem properantes breviter agemus. Modi autem, quibus substituti esse desinunt, & illorum officium finitur, præcipui sunt Mors & Contraria Voluntas. Cum autem hîc tres personæ interveniant, dominus causæ sive actionis, procurator primus & substitutus;

de singulis separatim, & quidem primò de domini morte agendum erit. Dominus negotiorum sive actionis, si re adhuc integra moriatur, & substituentis, & substituti officium regulariter solvitur, ita ut nec illi mandatum implere teneantur, nec si impleverint, heredes domini obligatos habeant. §. *10. I. Mand. l. 26. pr. ff. l. 15. C. eod. l. fin. ff. de solut.* Si verò moriente domino res non sit integra, sed substituti procuratoris intersit, mandatum negotium perfici, officium ipsius non finitur. *H. Zœsius in D. tit. Mand. n. 24. Bocer. cl. 2. Disp. 6. th. 73. lit. C. per d. l. 15. C. Mand. & §. 10. I. eod.* Hinc si vel substituens vel substitutus litem contestatus sit, aut dominus actionis pro suo procuratore consentiente cautionem præstiterit, licet postea lite nec dum contestata moriatur dominus, substitutus tamen officium suum licitè continuare potest, imò tenetur. *l. 15. pr. ff. l. 23. C. de procur. l. 23. ff. d. Re jud. Bocer. d. disp. th. 73. lit. D. Bernh. Wurmser. tit. 5. Observ. 15. n. 1. & 2. Mynf. cent. 2. observ. 84:* nec novo indiget heredum mandato. *arg. l. 17. §. 1. ff. de procur.* Hartm. Hartm, *tit. 7. Obs. 2. n. 5.* qui tamen præced. num. 4. hoc ipso in casu citationem heredum ad reassumendum processum necessariam esse scribit, *per l. 1. C. si pendent. appell.* Idem quoque tradit Zasius *ad l. 23. n. 6. ff. de re judic. per d. l. 1. C. si pend. appell.* ex qua tamen hoc ipsum minimè probatur. Non enim loquitur de casu quo per procuratorem judicium cœptum est, nec ullam reassumendæ litis mentionem facit. Et necessitas processum reassumendi non ex jure Civili, sed ex consvetudine originem trahit; *Carpz. lib. 3. tit. 2. Resp. 24. num. 5.* & moribus recepta est: Umm. *disput. ad process. 3. th. 7. n. 45. ibi: in jure tamen fundamentum habere non videtur.* quamvis Gailii judicio non sine Reipublicæ damno. *1. Obs. 19. n. 7.* Jure Civili nec mandatum, nec instantia hoc in casu per mortem domini finitur; nullumque

dubium

dubium est, procuratorem sine novo heredum mandato aut litis reassumptione in causa procedere & litem finire posse. *d. l. 23. C. de procur.* Existimant quidem nonnulli, *l. 23.* nihil facere pro nostra sententia, vel quia in d. l. arbitrium procuratoris non videtur exclusum, an velit in judicio manere vel non; vel quòd d. l. 23. hodie videatur correcta per *Clem. ult. de procurat.* vel quod novum heredum consensum non excludat, sed præsupponat. Enimverò procuratorem re non amplius integra regulariter etiam post mortem domini mandato suscepto renunciare non posse, antea probavimus ex l. 15. pr. ff. de procur. Ad secundum respondemus, generi per speciem derogari, sed regulam generalem per exceptionem specialem non abrogari. De Jure Canonico morte Rectoris Ecclesiæ finitur mandatum procuratoris pro Ecclesia constituti. *d. Clem. ult. Rittersh. d. differ. jur. Civ. & Canon. lib. 5. cap. 12. Rosbach. de differ. Civ. & Canon. lib. 3. tit. 6. n. 4.* Verùm omnium procuratorum mandatum post litem contestatam morte mandantis finiri, neque in d. Clem. neque in alio juris Canonici loco constitutum reperitur. Correctoriæ autem constitutiones strictè sunt accipiendæ, nec ultra casum, de quo loquuntur, extendendæ. *Tusch. lit. C. concl. 1038. n. 1.* Tertium, nimirum in d. l. 23. præsupponi novum heredum mandatum; adeò ut si non accedat, omne quod post obitum domini actum est, inutile efficiatur; non tantum postulatum, sed verbis & menti Justiniani contrarium est; utpote qui in d. l. 23. non sese fundat in novo heredum mandato, sed in eo, qvòd ipse procurator factus sit litis dominus, & in l. 15. ff. de procur. JCtus Ulpian. illius decisionis causam reddit, quia dominus ante mortem pro sciente procuratore cautionem præstitit, & sic res integra esse desiit. Vid. Mynsf. *2. Observ. 84.* Umm. *disput. ad process. 3. thes. 7. num. 45.* ubi addunt, hodie, cum ejusmodi cautio

jam inde ab initio mandato procuratorio inseratur, mandatum procuratorium morte domini etiam ante litem contestatam non finiri. Diss. Dn. Carpz. *lib. 3. Resp. 11. n. 11. ibi: adeò ut nec defuncti procurator ulterius litis dominus habeatur l. 14. l. 27. ff. de Re judic. ut propterea novo ac speciali mandato omnino opus sit.* Moribus tamen nostris heredes domini in judicium ad processum reassumendum citari solent. R. A. de Anno 1566. §. da in einer Sach. *Bened. Carpz. lib. 3. Resp. 24.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 27. Umm. d. l.* ut nimirum constet, an velint litem continuare, an verò cedere, utpote litis facie per mutationem personæ non mediocriter immutata, verba sunt Ziegleri *in Comm. concl. ad aur. prax. Nicol. Calvol. prælud. de instantia in genere n. 26.*

§. 3.

Morte procuratoris substituentis, substituti officium finiri, generaliter & instinctè negat Joan Papon. *lib. 6. tit. 4. arrest. 15.* ubi etiam ita in arresto Parisiensi judicatum esse refert. Nec moribus nostris reassumptionem litis esse necessariam, tradit Ben. Carpz. *lib. 3. Resp. 24. n. 36.* Seraphinus Olivar. Razzalius *part. 1. decis. 195.* distinguit, an mortuus substituerit ex potestate legibus concessa, an verò ex domini permissione. Priori in casu, re adhuc integrâ, extingui: re verò non integrâ, ut & in posteriori casu durare mandatum, ibidem docet. Quam sententiam etiam post multos alios probat. Matth. Berlich. *part. 2. decis. 274. n. 10. & 11.*

§. 4.

Substituti morte, si is integro negotio decesserit, finitur ejus officium, *l. 27. § 3 ff. Mand.* adeò ut si heredes mandatum executi fuerint, ob id tamen non habeant mandati actionem. *d. § 3.* nisi ex errore hoc fecerint, *l. 57. ff. Mand. Vinn. ad* §. *10. I. eod.* secus, si res ante ejus mortem integra esse desierit, *l. 6. §. 6. ff. de his qui not. infam.* Bachov. *ad Wesenb. π. tit. de*

x. tit. de procur. n. 11. qvem seqvitur Dn. H. Hahn. *in not. d. n.* ubi hoc tamen limitat hisce verbis: Nam cum hodierni & illi procuratores qui judicio Camerali & Principum Dicasteriis habentur, calleant artem & scientiam in singulis terminis, singula qvædam docte & nervose proponendi, quam privati ignorant, propter electam personæ industriam & singularem qualitatem, quæ in herede non est, ejusmodi procuratoris morte & ipsa obligatio simul commoritur: Quæ ultima tamen verba *ipsam obligationem commori:* necessariò restinguenda sunt ad obligationem negotii perficiendi. In genere enim obligatio morte contrahentium non finitur, sed obligatio & exinde descendens actio etiam in contractibus, qui morte extinguuntur ad heredes transmittitur. *l. 35. ff. pro soc.* quod in specie qvoque de actione mandati dicitur, *in l. 26. pr. l. 58. pr. Mandat.*

§. 5.

Veniamus ad contrahentium voluntatem, qvæ vel ab initio declaratur, si videlicet procurator ad certum tempus substituatur, vel ex negotio finito colligitur. *Vid. Bocer. class. 2. disp. 6. thes. 58. & seqq.* Omnes si ex post facto consentiant in mandati solutionem, qvin illud finiatur & substitutus procurator esse desinat, nullum est dubium, *§. ult. I. Quib. modis toll. oblig.* modo post litem à substituto contestatam adversarius non contradicat. *c. 13. X. d. procur. l. 25. pr. ff. eod. Arg. l. 3. §. 11. ff. de pecul. junct. l. 5. C. de O. & A. Mynſ cent. 5. observ. 44. n. 5. Bachov. ad. Treutl. vol 1. disp. IX. th. 10 lit. C.* Solus verò negotii vel actionis dominus contraria voluntate madatum jure non revocat, nisi res adhuc sit integra, vel justa probetur revocationis causa, *§. 9. I. Mandat. l. 12. § pen. ff. eod l. 16. & ll. seqq ff de procur. l. 22. C. eod.* Quoad substitutum distinguendum, an substituerit ex domini concessione, an ex potestate legis. Illo casu, licet res adhuc sit integra, substitutionem tamen revocare

nequit,

nequit, *c.3. de procur. in 6to, Honor. compen. Iur. Canon. lib.1. tit.33. n.33.* nisi hæc ipsa revocandi potestas ipsi specialiter à domino fuerit concessa *d. c.3. Canisius l.1. Decretal. tit.38. n.2.* quod hodie communiter fieri solet, addita mandato procuratorio tali clausula: Einen oder mehr Affter-Anwald an seine statt setzen / und substituiren / auch den Gewalt so offt es ihme beliebet / wieder an sich zunehmen und selber zu handlen ꝛc. Würtemb. Landr. *part.1. tit.16. pag.88. in fin.* Posteriori casu si ex potestate legis substituerit, re adhuc integra, revocare potest substitutionem, quod etiam fieri censetur, si alium substituerit, *arg. l.31. §. fin. ff. de procur. c. pen. X. eod.* Cæterum re non integra, nec hoc nec illo casu, revocatio sine justa causa admittitur, per jura supra de domino adducta, *Honor. d. l.1. 38. n.35.* etiamsi dominus potestatem revocandi concesserit *arg. l.22. C. d. procur. l.17. & seqq. ff. eod.* Tandem etiam solvitur substitutio contraria substituti voluntate, quæ Renunciatio dicitur, & admittitur, si res adhuc sit integra, *§.11. I. d. Mandat. l.22. §. fin. & ll. seqq. ff. eod.* Si verò res amplius integra non sit, substitutus sine justa & legitima causa & ejus cognitione substitutioni renunciare nequit *l.8. §. ult. & ll. seqq. ff. de procur. d. l.22. §. fin. & ll. seqq. ff. Mand. d. §.11. I. eod.* cui frustra objicitur *l.5. C. d. O. & A.* Unde hodie in Camera, aliisque benè constitutis Judiciis, cum domini mandato statim cautionem inserere soleant, ne quidem ante litem contestatam, utpote re non amplius integra, mandato procuratorio renunciare licet. *Gail. 1. obs. 46. n.3. & obs. 74. n.10. Mynf. 2.84. Umm. disp. 3. ad process. th.7. n.44.*

§. 6.

Quæ hactenus dicta sunt de modis substitutionem dissolvendi, ea intelligenda sunt de procuratoribus in rem alienam. In procuratoribus autem in rem suam, tam substituentibus quam substitutis res aliter sese habet. Hæc enim substitutio in rem suam regulariter nullius morte finitur, sed ad hæredes transmittitur: etiamsi res adhuc sit integra, *l.33. C. d. donat.* nec re etiam integra revocari potest. *l.25. ff. de procur. vid. etiam l.35. ff. eod.* mutuo tamen consensu partes resilire possunt; etiam re non integra, modo illud, quo res integra esse desiit, rursus in contrarium agatur. *arg. §. fin. I. quib. mod. oblig. toll. & ibi Bach. & Vinnius l.1. & 2. C. Quand. lic. ab empt. disced.*

FINIS.

sonam suam excipere intelligatur; nec ultra intentionem obligatio vires suas extendit: & in praced. num. 6. Cateroquin si de voluntate administratoris se ipsum obligandi non appareat, in dubio nomine administrationis quam gerit contraxisse videtur, ac propterea nec ipsemet conveniri, nec ut de suo proprio solvat condemnari potest. Idem post multos à se allegatos, docet quoque Berlich, *part. 1. decis. 15. n. 6.* dicens: *Ubicunqve fit mentio officii in aliqvo instrumento, tunc is non proprio nomine, sed ratione officii contraxisse & promisisse censetur,* & Bartol. *in l. fin. ff. de instit. act.* Contrahens nomine officii apposito, in dubio nomine officii contraxisse videtur, & finito officio non tenetur. Hinc JCtus Scævola, qui *in l. ult. ff. de Instit. act.* Institorem finito officio obligatum esse & conveniri posse negat, hanc unicam rationem addit, quia contraxit ex officio; quod nemini debet esse damnosum. *l. 7. ff. testam. quemadmod. aper.* Nam æquum est ad eum pertinere damnum, ad quem spectat commodum. *l. 2. §. 9. ff. de hered. vel act. vend.* In nostro autem casu (loquimur enim hic de procuratore in rem alienam) ad procuratorem substituentem nullum commodum pertinet; sed quodcunque ille ex administratione & negotiis commissis consequitur, domino restituere tenetur. *l. 10. § 3. ff. Mand. l. 46. §. 4. ff. de procur.* Sicut itaque bonæ fidei non congruit, de alieno lucrum sentire; ita æqvitati quoque contrarium videtur, ex alieno damnum accipere. *l. 20. pr. ff. Mand.* sive, uti Ulpianus loquitur, grave est, sub alieni compendii emolumento anceps damnum subire. *l. 4. princ. ff. de jurejur in lit.* Hinc in hujusmodi procuratorem non datur actio judicati. *l. 4. princ. ff. de re judic. l. 27. in fin. l. 28. ff. de procurator.* isque non aliter de evictione obligatur, quam si illam suo nomine promiserit, vel suam pro domino fidem adstrinxerit. *l. 67. ff. de procur.* non obstante *l. 49. ff. Mand. Nic. Burgund. in tr. de*

Evict.

Evict. cap.32. num. 6. pag. 254. Anton. Faber. in Cod. ib. 8. tit. 30. def. 6.& Hartm. tit. 7. Obs. 1. num. 2. ubi ait: *Idem dicendum, quando actus respicit utrumqve, dominum & procuratorem, & ipse contrahit procuratorio nomine, nam tunc obligatur solus (effectualiter sc. uti loqvitur Bald. in l. ult ff. de Instit. act.) dominus.* Facit hâc pro sententia, *l. 1. §. fin. ff. qvod jussu. l. 15. C. de admin. tutor. l. 1. C. Qvand. ex fact. tutor. l. 5. l. 7. ff. eod. junct. d. l. 1. §. fin. ff. qvod juss.* Plures pro hac sententia Dd. adducit Joan à Sande, *lib. 3. tit. 7. def. 1.* ubi in fine addit. In curia (Frisiorum sc.) judicatum esse, heredem procuratoris propterea non rectè conveniri ex eo, quod à defuncto procuratorio nomine gestum est. Et generaliter scribit Carpz. *Jurispr. forens. p. 1. const. 32. def. 14. n. 5.* non valere executionem in bona illius, cujus nomine contractum non est. Sed quæ hactenus dicta sunt, regulam demonstrant, quæ semper præsupponit procuratorem verum (*vid. l. 1. §. fin. ff. qvod juss.*) procuratorio nomine, bona fide substituisse, & terminos mandati non excessisse, *arg. l. 43. §. 1 ff. de admin. & peric. tut. l. 5. §. 11. l. 11. §. 5. ff. de instit. act. vid. Bened. Carpzov. Lib. 4. Resp. 80. n. 11. & seqq.* Unde sua sponte fluit, si proprio nomine procuratorem dederit, ipsum de suo obligari, per ea, quæ supra dicta sunt. Quod etiam dicendum est, si ipse expresse fidem suam interposuerit, & pro domino sese obligaverit, *arg. l. 67. ff. de procur. l. 3. §. 2. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. l. 15. C. de admin. tutor.* Idque factum esse existimant, si procurator suorum heredum fecerit mentionem; per ea quæ tradit Berlich. *part. 1. decis. 14. n. 1. & decis. 15.* Nicol. Everh. junior *vol. 2. Consil. 6. n. 35.* Hartm. Pistor. *Obs. 20.* Ben. Carpz. *l. 4. Resp. 80. n. 4.* vid. tn. Gail. *2. Obs 27. n. 24* Carpz. *Jurisp forens part. 2. Const. 19. def. 6. n. 6. in fin.* Item si de suo aliquid substituto solverit, illud repetere nequit; licet à causæ domino, qui fortè solvendo non

est, id

eſt, id recuperare non poſſit. Sibi enim imputet, qvod officii terminos egreſſus de ſuo pro domino ſolvit, ad qvod non tenebatur. *l.6.in fin.l.44.ff.de Cond.indeb.Cujac.in Papin. l.3.reſponſ.ad l.57.eod.*

§. 3.

Procurator in rem alienam, qui alium ſubſtituit, propter hanc ſubſtitutionem etiam obligatur cauſæ ſive actionis domino.*l.8.§.3.ff..Mand.l.28.ff.de Neg.geſt.* in qvantum verò, & ad qvid ipſe domino obligetur, de eo non conveniunt Doctores. Hartm. Harmanni *tit 8.obſ.3.num.3.* ſcribit: Procuratorem ſuo periculo ſubſtituere, & de omni eo teneri, qvod à ſubſtituto vel negligitur vel male geritur. *per l.8.C. de procur.& c.1.eod.in 6to.* Quod ipſum etiam probat Anton. Merenda, *l.5.controv.c.26.per.l.13.C.de procur.* Berlich. *part.2 dec. 274. num. 26. & ſeqq.* ubi hoc adeò verum eſſe exiſtimat, ut ipſe ſubſtituens nec actionibus ſibi contra ſubſtitutum competentibus cedendo liberetur. *Anton.Faber.ad d.l 8. in fin.* Salicetus *ad l.8.C de procur. num. 13.* diſtinguit: an ſubſtituerit proprio nomine poſt litem conteſtatam; an vi poteſtatis à domino conceſſæ; & hoc in caſu an dominus certam perſonam ſubſtituendam nominaverit, an verò non. Nos, ſalvo aliorum judicio, diſtinguendum eſſe exiſtimamus, an procurator ſubſtituens in ipſa ſubſtitutione & ſubſtituti electione dolum vel culpam aliqvam admiſerit, an vero omni culpa careat. Priori in caſu veram eſſe putamus Berlichii & Anton. Fabri ſententiam, quod nempe ipſe teneatur de omni ſubſtituti facto, ita ut nec actiones cedendo liberetur; qvia convenitur ob propriam culpam, quà ipſe, minus idoneum eligendo, occaſionem dedit male ſubſtituti adminiſtrationi & damno ab ipſo dato. Qui autem occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur. *l 30.§.3.ff. ad L. Aqvil.* Hinc & dominus, qvi in eligendis famulis negligens fuit, tenetur de damno à famulo in commiſſo negotio dato. *arg.l.27.§.11.d.t.* Nam dominos

nos ad suum ministerium bonos eligere oportet, & explorare cujus fidei & cujus innocétiæ sint *l.7.§.4 ff. Naut. caup. stabul. l.3. pr. ff. de publican.* alioquin mala famulorum electio propriæ ejus culpæ adscribitur. *dd. ll. vid. Job. Herm. Stamm. de servit. personal. l. 2. c.14. & 15. Berlich. part. 4. concl. 24. n.102. & seqq. Carpz. part. 4. Jurisp. forens. const. 17. defin. 13. & 14.* Facit pro nostra sententia *l. 21, § fin ff. de Neg. gest. l. 2. in fin. ff. si mens. fals. mod.* Atq; de hoc casu etiam Merenda & Anton. Faber loqvi videntur: qvi pro ratione decidendi hoc unicum afferunt; qvia procurator tenetur de omni culpa. *l. 13. l. 21. C. Mand.* Ergo ipsi culpam præsupponunt. Posteriori in casu, si substituenti nulla imputari possit culpa, ipse qvidem etiam obligatur, sed non propter substitutionem, qvam licitè, vel ex domini voluntate, vel ex legis concessione fecit; nec propter culpam, qua ipse caret; verum tantum eam ob causam, quia ipse substituens ratione damni à substituto dati habet actionem contra substitutum. *l. 8. §. 3. ibi: tenetur autem, (is sc. qvi mandavit alicui gerenda negotia ejus, qui ipse sibi mandaverat) quia agere potest. ff. Mandat. l. 28. ff. de N. G.* proinde illis cedendo liberabitur. Quodcunque enim quis tenetur eam tantùm ob causam, quia habet actionem, delegatio s. actionis istius cessio habetur pro justa præstatione. *l. 51. in fin. ff. de pecul. l. 16. §. fin. l. 20. §. 17. ff. de hered. pet.* Et hoc verum esse putamus, sive procurator substituerit ex concessione domini, sive ex legis dispositione. Hujus enim hic eadem, quæ illius est vis ac potestas. Et hoc modo procurator in rem alienam constitutus domino ratione substitutionis à se factæ obligatur. Procurator autem in rem suam datus, cum omne quidquid actionibus cessis exactum fuerit sibi retineat, nec quidqvam cedenti restituere teneatur; *l. 4. l. 9. C. de procur. l. 31. pr. ff. de act. empt.* adeò ut si emolumentum litis respicias, ipse pro actionis domino habeatur:

 beatur:

beatur: *Petr. Gudelin. de jur. noviss. lib. 4. cap. 4. pag. 163.* idem etiam liberam substituendi habet potestatem, nec eo nomine ad quidquam domino seu cedenti est obligatus. *lib. 33. C. de donat. c. 1. de procur. in 6to.*

§. 4.

Causæ s. actionis dominus, quatenus propter factum substituti directa mandati actione cum substituente experiri possit, §. præcedenti traditum est. Contra ipsum substitutum verò stricta juris ratione domino negotii s. litis nulla competit actio; quia per liberam personam alteri obligatio non adquiritur. *l. 38. §. 17. ff de V. O. §. 4. & §. 18. I. de inut. stipul.* vid. tn. Carpzov. *Jurispr. forens. part. 2. const. 29. def. 20.* Bach. *ad d. §. 4.* Donell. enucl. *lib. 12. cap. 17.* Faber. *ad. l. 13. §. 25. ff. de act. empt. l. 68. ff. de procur. l. 31. ff. de Neg. gest.* ubi tradunt varias hujus regulæ exceptiones; quarum ultima haud est, si procurator ex re & nomine domini contrahat; tunc enim utilis à lege domino datur actio adversus eum, qui cum ejus procuratore contraxit. Et hoc non tantum in procuratore Judiciali obtinet; *l. 68. l. 27. in fin. l. 28. ff. de procur.* sed etiam in Extrajudiciali. *l. 13. §. 25. ff. de act. empt. Oldend. cl. 4. act. 1.* Quia itaque procurator substituens, nomine procuratorio, ac sic principaliter & quoad effectum ex re & nomine domini contrahit cum substituto; rectè quoque inde concluditur, Domino adversus substitutum utilem mandati actionem directam competere. Sicut autem ex contractu procuratoris, ex re & domini nomine celebrato, domino utilis directa, ita etiam hoc ipso in casu illi, qui cum procuratore dicto modo contraxit, utilis contraria conceditur mandati actio adversus dominum procuratoris. *l. 12. §. 25. ff. de act. empt.* Quando enim substitutus cum procuratore mandatum substitutionis recipiendo contrahit, sciens eum talem esse, & ex officio negotia

domini

domini gerere, procuratorem quidem tanquam personam ex officio contrahentem, dominum verò omninò quoad effectum solutionis respicit, ejusque, ceu commodum sentientis ex illo contractu, *l. 1. ff. de instit. act.* fidem præcipuè sequitur, ac per consequens illum quoque obligatum habebit. *arg. l. 10. §. 5. ff. Mand. l. 31. pr. ff. de Neg. gest. arg. l. 29. ff. de R. C. §. fin. I. Quod cum eo qvi in alien. potest. Cujac. in paratit. C. de instit. act.* Hinc si procurator institorem præposuerit, (est species substitutionis) actio institoria etiam adversus ipsum dominum datur, ac si ipse præposuerit. *l. 5. §. fin. ff. de instit. act.* Item si quis jussu Procuratoris cum servo contraxerit, actio quod jussu adversus dominum procuratoris datur. *l. 1. §. fin ff. quod jussu.* Unde etiam est, qvòd regulariter actio judicati utilis in ipsum litis dominum competat. *l. 4. pr. & §. seqq. ff. de re judic.* Videtur enim inter litigantes actum, ut in dominum, cujus omne commodum est & incommodum, detur judicati actio. *Caspar. Ziegler. comm. conclus. ad aur. prax. Nicol, Calvol. pral. de instant. in genere, num. 39.*

CAPUT VI.

DE CONTRARIIS.

§. I.

CONtraria vel ipsam substitutionem ab initio impediunt, vel factam resolvunt. Illa ex prioribus cognosci possunt; de hisce in hoc capite sed ad finem properantes breviter agemus. Modi autem, quibus substituti esse desinunt, & illorum officium finitur, præcipui sunt Mors & Contraria Voluntas. Cum autem hic tres personæ interveniant, dominus causæ sive actionis, procurator primus & substitutus;

de singulis separatim, & quidem primò de domini morte agendum erit. Dominus negotiorum sive actionis, si re adhuc integra moriatur, & substituentis, & substituti officium regulariter solvitur, ita ut nec illi mandatum implere teneantur, nec si impleverint, heredes domini obligatos habeant. §. *10. I. Mand. l. 26. pr. ff. l. 15. C. eod. l. fin. ff. de solut.* Si verò moriente domino res non sit integra, sed substituti procuratoris intersit, mandatum negotium perfici, officium ipsius non finitur. *H. Zœsius in D. tit. Mand. n. 24. Bocer. cl. 2. Disp. 6. th. 73. lit. C. per d. l. 15. C. Mand. &* §. *10. I. eod.* Hinc si vel substituens vel substitutus litem contestatus sit, aut dominus actionis pro suo procuratore consentiente cautionem præstiterit, licet postea lite nec dum contestata moriatur dominus, substitutus tamen officium suum licitè continuare potest, imò tenetur. *l. 15. pr. ff. l. 23. C. de procur. l. 23. ff. d. Re jud. Bocer. d. disp. th. 73. lit. D. Bernh. Wurmser. tit. 5. Observ. 15. n. 1. & 2. Mynſ. cent. 2. observ. 84:* nec novo indiget heredum mandato. *arg. l. 17. §. 1. ff. de procur.* Hartm. Hartm, *tit. 7. Obs. 2. n. 5.* qui tamen præced. num. 4. hoc ipso in casu citationem heredum ad reassumendum processum necessariam esse scribit, *per l. 1. C. si pendent. appell.* Idem quoque tradit Zasius *ad l. 23. n. 6. ff. de re judic. per d. l. 1. C. si pend. appell.* ex qua tamen hoc ipsum minimè probatur. Non enim loquitur de casu quo per procuratorem judicium cœptum est, nec ullam reassumendæ litis mentionem facit. Et necessitas processum reassumendi non ex jure Civili, sed ex consvetudine originem trahit; *Carpz. lib. 3. tit. 2. Resp. 24. num. 5.* & moribus recepta est: Umm. *disput. ad process. 3. th. 7. n. 45. ibi: in jure tamen fundamentum habere non videtur.* quamvis Gailii judicio non sine Reipublicæ damno. *1. Obs. 19. n. 7.* Jure Civili nec mandatum, nec instantia hoc in casu per mortem domini finitur; nullumque

dubium

dubium est, procuratorem sine novo heredum mandato aut litis reassumptione in causa procedere & litem finire posse. *d. l. 23. C. de procur.* Existimant quidem nonnulli, *l. 23.* nihil facere pro nostra sententia, vel quia in d. l. arbitrium procuratoris non videtur exclusum, an velit in judicio manere vel non; vel quòd d. l. 23. hodie videatur correcta per *Clem. ult. de procurat.* vel quod novum heredum consensum non excludat, sed præsupponat. Enimverò procuratorem re non amplius integra regulariter etiam post mortem domini mandato suscepto renunciare non posse, antea probavimus ex l. 15. pr. ff. de procur. Ad secundum respondemus, generi per speciem derogari, sed regulam generalem per exceptionem specialem non abrogari. De Jure Canonico morte Rectoris Ecclesiæ finitur mandatum procuratoris pro Ecclesia constituti. *d. Clem. ult. Rittersh. d. differ. jur. Civ. & Canon. lib. 5. cap. 12. Rosbach. de differ. Civ. & Canon. lib. 3. tit. 6. n. 4.* Verùm omnium procuratorum mandatum post litem contestatam morte mandantis finiri, neque in d. Clem. neque in alio juris Canonici loco constitutum reperitur. Correctoriæ autem constitutiones strictè sunt accipiendæ, nec ultra casum, de quo loquuntur, extendendæ. *Tusch. lit. C. concl. 1038. n. 1.* Tertium, nimirum in d. l. 23. præsupponi novum heredum mandatum; adeò ut si non accedat, omne quod post obitum domini actum est, inutile efficiatur; non tantum postulatum, sed verbis & menti Justiniani contrarium est; ut pote qui in d. l. 23. non sese fundat in novo heredum mandato, sed in eo, qvùd ipse procurator factus sit litis dominus, & in l. 15. ff. de procur. JCtus Ulpian. illius decisionis causam reddit, quia dominus ante mortem pro sciente procuratore cautionem præstitit, & sic res integra esse desiit. Vid. Mynf. *2. Observ. 84.* Umm. *disput. ad process. 3. thes. 7. num. 45.* ubi addunt, hodie, cum ejusmodi cautio

jam inde ab initio mandato procuratorio inseratur, mandatum procuratorium morte domini etiam ante litem contestatam non finiri. Diss. Dn. Carpz. *lib. 3. Resp. 11. n. 11. ibi: adeò ut nec defuncti procurator ulterius litis dominus habeatur l. 14. l. 27. ff. de Re judic. ut propterea novo ac speciali mandato omnino opus sit.* Moribus tamen nostris heredes domini in judicium ad processum reassumendum citari solent. R. A. de Anno 1566. §. da in einer Sach. *Bened. Carpz. lib. 3. Resp. 24.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 27. Umm. d. l.* ut nimirum constet, an velint litem continuare, an verò cedere, utpote litis facie per mutationem personæ non mediocriter immutata, verba sunt Ziegleri *in Comm. concl. ad aur. prax. Nicol. Calvol. prælud. de instantia in genere n. 26.*

§. 3.

Morte procuratoris substituentis, substituti officium finiri, generaliter & instinctè negat Joan Papon. *lib. 6. tit. 4. arrest. 15.* ubi etiam ita in arresto Parisiensi judicatum esse refert. Nec moribus nostris reassumptionem litis esse necessariam, tradit Ben. Carpz. *lib. 3. Resp. 24. n. 36.* Seraphinus Olivar. Razzalius *part. 1. decis. 195.* distinguit, an mortuus substituerit ex potestate legibus concessa, an verò ex domini permissione. Priori in casu, re adhuc integrâ, extingui: re verò non integrâ, ut & in posteriori casu durare mandatum, ibidem docet. Quam sententiam etiam post multos alios probat. Matth. Berlich. *part. 2. decis. 274. n. 10. & 11.*

§. 4.

Substituti morte, si is integro negotio decesserit, finitur ejus officium, *l. 27. § 3. ff. Mand.* adeò ut si heredes mandatum executi fuerint, ob id tamen non habeant mandati actionem. *d. §. 3.* nisi ex errore hoc fecerint, *l. 57. ff. Mand. Vinn. ad* §. 10. *I. eod.* secus, si res ante ejus mortem integra esse desierit, *l. 6. §. 6. ff. de his qui not. infam.* Bachov. *ad Wesenb. π. tit. de*

x. tit. de procur. n. 11. qvem seqvitur Dn. H. Hahn. *in not. d. n.* ubi hoc tamen limitat hisce verbis: Nam cum hodierni & illi procuratores qui judicio Camerali & Principum Dicasteriis habentur, calleant artem & scientiam in singulis terminis, singula qvædam docte & nervose proponendi, quam privati ignorant, propter electam personæ industriam & singularem qualitatem, quæ in herede non est, ejusmodi procuratoris morte & ipsa obligatio simul commoritur: Quæ ultima tamen verba *ipsam obligationem commori:* necessariò restinguenda sunt ad obligationem negotii perficiendi. In genere enim obligatio morte contrahentium non finitur, sed obligatio & exinde descendens actio etiam in contractibus, qui morte extinguuntur ad heredes transmittitur. *l. 35. ff. pro soc.* quod in specie qvoque de actione mandati dicitur, *in l. 26. pr. l. 58. pr. Mandat.*

§. 5.

Veniamus ad contrahentium voluntatem, qvæ vel ab initio declaratur, si videlicet procurator ad certum tempus substituatur, vel ex negotio finito colligitur. *Vid. Bocer. class. 2. disp. 6. thes. 58. & seqq.* Omnes si ex post facto consentiant in mandati solutionem, qvin illud finiatur & substitutus procurator esse desinat, nullum est dubium, *§. ult. I. Quib. modis toll. oblig.* modo post litem à substituto contestatam adversarius non contradicat. *c. 13. X. d. procur. l. 25. pr. ff. eod. Arg. l. 3. §. 11. ff. de pecul. junct. l. 5. C. de O. & A. Mynß cent. 5. observ. 44. n. 5. Bachov. ad. Treutl. vol. 1. disp. IX. th. 10 lit. C.* Solus verò negotii vel actionis dominus contraria voluntate madatum jure non revocat, nisi res adhuc sit integra, vel justa probetur revocationis causa, *§. 9. I. Mandat. l. 12. § pen. ff. eod l. 16. & ll. seqq ff de procur. l. 22. C. eod.* Quoad substitutum distinguendum, an substituerit ex domini concessione, an ex potestate legis. Illo casu, licet res adhuc sit integra, substitutionem tamen revocare

nequit,

nequit, *c.3. de procur. in 6to. Honor. compen. Iur. Canon. lib. 1. tit. 33. n. 33.* nisi hæc ipsa revocandi potestas ipsi specialiter à domino fuerit concessa *d. c. 3. Canisius l. 1. Decretal. tit. 38. n. 2.* quod hodie communiter fieri solet, addita mandato procuratorio tali clausula: Einen oder mehr Affter-Anwald an seine statt setzen / und substituiren / auch den Gewalt so offt es ihme beliebet / wieder an sich znnehmen und selber zu handlen rc. Würtemb. Landr. *part. 1. tit. 16. pag. 88. in fin.* Posteriori casu si ex potestate legis substituerit, re adhuc integra, revocare potest substitutionem, quod etiam fieri censetur, si alium substituerit, *arg. l. 31. §. fin. ff. de procur. c. pen. X. eod.* Cæterum re non integra, nec hoc nec illo casu, revocatio sine justa causa admittitur, per jura supra de domino adducta, *Honor. d. l. t. 38. n. 35.* etiamsi dominus potestatem revocandi concesserit *arg. l. 22. C. d. procur. l. 17. & seqq. ff. eod.* Tandem etiam solvitur substitutio contraria substituti voluntate, quæ Renunciatio dicitur, & admittitur, si res adhuc sit integra, *§. 11. I. d. Mandat. l. 22. §. fin. & ll. seqq. ff. eod.* Si verò res amplius integra non sit, substitutus sine justa & legitima causa & ejus cognitione substitutioni renunciare nequit *l. 8. §. ult. & ll. seqq. ff. de procur. d. l. 22. §. fin. & ll. seqq. ff. Mand. d. §. 11. I. eod.* cui frustra objicitur *l. 5. C. d. O. & A.* Unde hodie in Camera, aliisque benè constitutis Judiciis, cum domini mandato statim cautionem inserere soleant, ne quidem ante litem contestatam, utpote re non amplius integra, mandato procuratorio renunciare licet. *Gail. 1. obs. 46. n. 3. & obs. 74. n. 10. Mynsf. 2. 84. Umm. disp. 3. ad process. th. 7. n. 44.*

§. 6.

Quæ hactenus dicta sunt de modis substitutionem dissolvendi, ea intelligenda sunt de procuratoribus in rem alienam. In procuratoribus autem in rem suam, tam substituentibus quam substitutis res aliter sese habet. Hæc enim substitutio in rem suam regulariter nullius morte finitur, sed ad hæredes transmittitur: etiamsi res adhuc sit integra, *l. 33. C. d. donat.* nec re etiam integra revocari potest. *l. 25. ff. de procur. vid. etiam l. 35. ff. eod.* mutuo tamen consensu partes resilire possunt; etiam re non integra, modo illud, quo res integra esse desiit, rursus in contrarium agatur. *arg. §. fin. I. qvib. mod. oblig. toll. & ibi Bach. & Vinnius l. 1. & 2. C. Quand. lic. ab empt. disced.*

F I N I S.